

## Werk

**Titel:** Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

**Untertitel:** Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

**Verlag:** Author; Weissius

**Ort:** Franfurti ad Moenum; Franfurti ad Moenum

**Jahr:** 1624

**Kollektion:** VD17-Mainstream

**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

**Werk Id:** PPN755514025

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

**LOG Id:** LOG\_0011

**LOG Titel:** Prolegomena Et Generalia De Executionibus.

**LOG Typ:** preface

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)



IO. BAPTISTÆ ASINII  
CLARISSIMI IVRISCON-  
SVLTI FLORENTINI, COMITIS-  
QUE PALATINI, AC EQVI-  
TIS AVRATI,

DE EXECUTIONIBVS  
TRACTATVS.

PROLEGOMENA ET GENERALIA  
DE EXECUTIONIBVS.

CAPUT I.

ARGUMENTVM.

Creditoris & debitoris verba in statutis intelligi in casu vero & effaci.

SUMMARIA.

- 1 Statuta & leges de creditore & debitore loquentia, de vero & efficacia intelligenda sunt, non autem de eo, qui legitima exceptione repellit potest.
- 2 Leges & statuta intelligenda esse in casu, in quo loquuntur.
- 3 Statutum de mercatore loquens, vel artifice, de eo intelligitur, qui ipse suo nomine mercaturam vel artem exercet.
- 4 Contrahendi prohibitio tunc locum habet, cum quis proprio nomine contrahit.
- 5 Statutum de venditione loquens, de vera, propria & stricta intelligitur.
- 6 Statutum de possessione loquens, intelligitur de ea, qua nomine proprio retinetur.
- 7 Statutum loquens defacente, non procedit in mandante.
- 8 Statutum de vendente loquens, non trahitur ad eum, qui abdicat a se ius personale, quod habet ad rem.
- 9 Statutum de permutatione loquens, venditionem non comprehendit.
- 10 Permutationis & venditionis contractus sunt similes.
- 11 Statutum loquens de vendente rem suam, non habet locum in eo, qui vendit rem, ad quam personalem actionem habet.
- 12 Datio in solutum, est venditioni valde similis.
- 13 Statutum de venditore loquens, non habet locum in datione in solutum.
- 14 Statutum de simplici loquens, non trahitur ad mixtū.



VONIAM executiones contra debitores fiunt, illud in primis præmittendum est, leges & statuta de creditore & debitore loquentia, de vero & efficacique debitore ac creditore intelligenda esse, non autem ad eum creditorem referenda, qui legitima exceptione repellit potest. *I. non putavit. §. non queuis. ff. de bonorum possesi. contra tabul. & l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudic. & l. secunda. §. testamentum. ff. quemadmodum testamen. aperian. & l. secunda. ff. qui satisfat. cogant. & tradit Roman. in consil. 205. num. 14. & facit, ut ipse inquit. illud quod notatur in l. penult. ff. ad l. l. l. de adult. & in l. filium. § si quis contratabulas. ff. de legat. præstan. & voluit Bald. in l. finali. §. sed nostra. C. commun. delegat.* Et ideo dixit Thomas Grammat. in consil. 105. num. 18. statuta in casu proprio, de quo loquuntur, intelligi debere, extendendaq; & amplianda non esse. *I. si verò. §. de viro. ff. soluto matrim. & voluit Bald. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. & in authen. quas actiones. C. de factos sanct. eccles.* Vnde etiam est, ut statutum de mercatore loquens, vel artifice, de eo simpliciter & absolute intelligatur, qui suo proprio nomine & ipsemet mercaturam, vel artem exercet, non autem alieno, ut inquit Ang. in l. quamvis. in princip. ff. de acquir. posses. & sequitur Decius in consil. 268. *¶* Pariter etiam prohibitio contrahendi tunc locum habet, vbi quis suo proprio nomine, non alieno contrahit, ut inquit Corn. in consil. 16. colum. 2. vol. 4. & Ias. in l. more, col. penult. ff. de acquir. hered. Et ideo dixit Paris. in consil. 82. num. 15. vol. 3. statutum loquens de venditione, de vera, propria & stricta, non autem de præsumpta & ficta intelligi debere, ut in simili dicit Bart. in materia statutaria, in l. 3. §. hec verba. ff. quod quisque iur. & in dict. l. omnes populi.

columna penultima, versiculo, vltius quero ff. de iustit. & iure. & late tradit Matth. de Afflict. in tract. iuris prothomis in versiculo, vt infra triginta dies, colum. 3. & 4. & presentim in versiculo, sed stat dubium. Et Curt. iun. 6 in consil. 110. num. 19. inquit, † statutum loquens de possessione, intelligi de ea, quæ nomine proprio retinetur, prout ante voluit Aret. in rubr. ff. de acquir. possess. colum. 4. Pariter etiam dixerunt Bar. & Imola 7 in l. si is. qui pro emptore. ff. de usucap. † quod statutum loquens de faciente, non verificatur in mandante, vt refert Ioan. Maria. Riminald. in consil. 427. num. 28 8 volum. 3. † & statutum loquens de vendente rem suam, ad eum non trahitur, qui abdicat se ius personale, quod habet ad rem, vt voluit Decius in consil. 300. visa petitione, colum. 2. & refert Maria. Socin. iun. in 9 consil. 22. num. 20. volum. 3. Et rursus statutum † loquens de permutatione, venditionem non comprehendit, vt dixit Bald. in l. 1. versic suis, &c. C. de rerum permut. & refert Alex. in consil. 76. num. 8. volum. 5. & voluit etiam Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de emptio. & venditio. §. nunc videndum, il 2. in additione, 10 que incipit, est sciendum. Non obstante † quod contractus permutationis & venditionis sint contractus similes. l. fin. ff. de rerum permut. & l. 2. C. rod. titul. 11 Prout etiam statutum † loquens de vendente rem suam, non habet locum in eo, qui rem vendit, ad quam consequedam personalem habet actionem, vt notat Bart. in l. Gallus. §. videndum. ff. de liber. & posthum. & facit illud, quod notat Bartol. in l. nemo ff. de in integr. restit. & facit rex. in l. sciendum. §. si fundus ff. qui satisfat. cogan. & refert Decius in consilio 300. numero 6. parte 2. Et iterum Decius in consilio 18. numero 3. parte 12 prima, dicit, † quod licet datio in solutum, venditioni valde similis videatur. l. eleganter, in principio. ff. de pignor. actio. vbi inquit Castren. eam. l. semper ad hoc probandum adduci, quod datio in solutum, vim venditionis habet, vt est etiam rex. in l. litis ff. pro empto. & in l. fin. ff. ex quib. caus. in possess. eatur. & in l. si prædium, in fine. C. de euict. id tamen large procedere: Proprie autem & stricte dationem in solutum venditio- 13 nem non esse: & ideo † statutum, quod de contra- actu venditionis loquitur, in datione in solutum locum non habere. Vtputa si statutum dicat, vt vicinus vel consors rem venditam redimere possit: nam in datione in solutum, locum non habebit, vt supra diximus auctoritate Alexan. in d. consil. 76. visa dubitationibus, colum. 3. volum. 5. Et ideo infert ibidem Decius in d. consil. 18. num. 3. ad statutum concedens officialibus iurisdictionem in contractu venditionis, ad contractum dationis in solutum non extendi. Hanc præterea conclusionem, quod statutum loquens de venditione, ad dationem in solutum non extenderit, firmavit Ioan. Maria Riminald. in consil. 353. num. 17. & 22. volum. 2. auctoritate Ioan. Andr. Butr. & aliorum in c. constitutus, extra derest. in integr. & Specul. in tit. de emptio. & vendit. §. nunc videndum, versie. nunc pone statutum. & facit optime illud, quod voluit Bar. in l. alio. ff. de alimen. & cibar. legat. Præterea quod statuta in casu vero intelligenda sint, tradit etiam Ioan. Crot. in l. 2. §. voluntatem, num. 2. ff. sol. matrimon. Et ideo dicunt Doctor. 41 statutum † loquens de simplici, ad mixtum non extendi, vt inquit Rurn. in consil. 114. num. 5. volum. 1. & Butr. in proem. Decretalium, per ea que notantur in l. 2. in princip. ff. de verbis. obligatio. & in l. vim passam. §. prescritione. ff. ad l. Iuliam de adult. & tradit Bartol. in

l. certi conductio. §. quoniam. ff. si cert. pet. & praesertim cum de uno simplici tantum mentionem facit, & iterum Ruin. idem voluit in consil. 113. num. 7. eod. volum. 1. & rursus idem voluit Bar. in d. l. omnes populi. ff. de iust. & iure & Anch. in cap. 1. versic. venio ad quartum membrum, de constitut. in 6. & Angel. in l. si ita scriptum. ff. de lib. & posthum. & Imola in l. qui fundum. ff. ad leg. Fal. cid. & iterum Gratus in consil. 155. num. 5. volum. 2. & in consil. 82. num. 13. volum. 1. & Socin. sen. in consil. 121. numero 2. vol. 1.

## C A P. II.

## A R G U M E N T U M.

I. Debitoris verbum in statuto an comprehendat fideiussorem.

## S U M M A R I A.

- 1 Statutum vel lex municipalis de debitore loquens, an fideiussorem quoq. amplexatur.
- 2 Fideiussor an vere & proprius debitor sit.
- 3 Fideiussor dicitur, qui verbis obligatur.
- 4 Credendi verbum, omnes contractus amplexitur, in quibus alienam fidem sequimur.
- 5 Fideiussor etiam in materia correctoria & penali, appellatione debitoris, comprehenditur.
- 6 Fideiussor non secus ac debitor pupilli tutor esse à legibus prohibetur.
- 7 Beneficium prohibitum ad fideiussorem transit.
- 8 Statuta stricte sunt intelligenda.
- 9 Veritas magis perpenditur arguendo & disputando.
- 10 Solvens creditoris, pro debito proprio soluere creditur.
- 11 Fideiussor tutoris ob quid à munere tutelarum non liberatur.
- 12 Debitor proprius ille dicitur, à quo iuncto exigit post.
- 13 Fideiussoribus hodie exceptio ordinis competit.
- 14 Fideiussor non obligatur ultra illud, ad quod principali tenetur.
- 15 Fideiussor non tenetur ad poenam principalis.
- 16 Creditoribus suis si testator solui mandet, de debito proprio intelligitur, non autem fideiussoris.
- 17 Fideiussor non proprius, sed abusive reus dicitur.
- 18 Beneficium statuti disponentis, vt debitor carcerari non possit, an comprehendat fideiussorem.
- 19 Dilatio data debitori beneficio, seu priuilegio Principis, fideiussori non competit.
- 20 Priuilegium personale personam non egreditur.
- 21 Fideiussor videtur debitor conditionalis.
- 22 Statutum, vel lex de debitoribus loquens, ad debitos conditionales non porrigitur.
- 23 Statutum, vel lex de fideiussoribus loquens, ad debitorem in diem incertum non extenditur, sed ad debitem in diem certum.
- 24 Statutum vel lex in materia odiosa loquens, deereditore vel debitore ad eum non extenditur, qui paria rei vel quantitatis creditor vel debitor est.
- 25 Modicum non debet esse in consideratione.
- 26 Suspectus de fuga, quis iurari non debet ob modicum debitum.
- 27 Statutum vel lex de debitore loquens, extenditur ad fideiussorem qui se vt principalem obligavit.
- 28 Statutum vel lex de debitore loquens, comprehendit fideiussorem in illis locis, vbi vi statuti vel legis municipalis excusio principalis debitoris sublata est.

# De Executionibus, Tractatus.

3

29 Statutum vel lex de debitore loquens porrigitur ad fideiussorem, quando testator grauat heredem seu alium quemlibet, ut suis creditoribus satisfaciat. quando testator ex causa fideiussionis tantum est obligatus.

30 Statutum vel lex de debitore loquens, comprehendit fideiussorem, quando est eadem ratio.

**E**xecutiones quoniam petuntur à creditoribus contra debitores, meritò antequam ad alia descendamus, de debitoribus breuiter quædam dicenda sunt: & in primis, contra quos debitores execu-  
tio fieri posse, si fortasse statutum aliquod vel lex de  
debitore simpliciter mentionem † faciat. Qua in  
re fuit olim à Doctoribus nostris quæsumus, an lex  
vel statutum de debitore loquens fideiussorem etiam amplectatur? & variæ fuerunt ac diuersæ quidem opini-  
ones: Alij enim fideiussores amplecti existima-  
runt, putantes fideiussores debitores propriæ &  
verè dici posse, inquit Curtius in l. prima, numero  
79. & 88. ff. si cert. petat. Quandoquidem si pro-  
priæ & verè debitor est: quin à lege vel statuto de  
debitore loquente comprehendatur, dubium non videtur, prout inquit voluisse Imol. in l. prima. ff. de solution. & si de carceratione loquatur:

2 Qui vt † verè & propriæ debitor sit, & ideo ab ipsa lege vel statuto comprehendatur, concludendum censuit. Eius opinionem sequitur Francisc. Marci in questione 340. numero 8. volum. primo, ea poti-  
fimum ratione, quod fideiussor † ille dicatur:  
qui verbis obligatur. l. blanditus. C. de fideiussor. pro-  
ut etiam voluit Baldus & Angelus in eadem l. blandi-  
tus. dicitur autem debitor ex causa fideiussionis.  
Hanc conclusionem confirmat text. in l. si fideiussor,  
in princip. ff. de legat. i. & in l. si res, in fine. ff. ad Senatus-  
consultum Trebellian. ob id quod ex qua causa quis  
teneatur, nihil refert. Subdit etiam hanc eandem  
opinionem comprobare text. in l. prima, vers. omnis,  
4 & versic. nam cui. ff. de rebus credit. vbi verbum, † cre-  
dendi, omnes contractus amplectitur, in quibus  
alienam sequimur fidem. & sequitur ibi Bartol. in  
versic. Quero, dicitur hic. & in versic. veniamus ad quar-  
tam. & in versic. Quero, vtrum fideiussor. Rursus hanc  
eandem opinionem dicitur tenuisse Alexand. &  
Ias. in dicta l. prima, ff. si cert. petat. & dicere hanc es-  
se magis communem opinionem per text. in dicta  
l. fideiussor. in princip. ff. de legat. primo. & in dicta l. si  
seruum. §. nunc videamus. ff. de verborum obligation. &  
idem notare ibi Cuman. Confirmatur præterea hæc  
5 conclusio ex eo, † quod etiam in materia corre-  
ctoria & penal, debitoris appellatione venit si-  
deiussor. Et hinc est, vt non sècùs ac debitor † pu-  
pilli tutor esse à legibus prohibeat, authent. mi-  
noribus. C. qui dari tuto poss. & tradit Angel. in Authen.  
vt hi, qui oblig. res minor. colum. 6. circa finem principij.  
Refertq. ita fuisse iudicatum Francisc. Marc. eodem in  
loco. & hanc opinionem sequitur Aret. in dicta l. fideiussor,  
& Ias. in dicta l. prima, circa finem. ff. si cert. petat. &  
satis comprobat text. in l. sed & si pater. §. non solum ff.  
7 ad Senatusconsultum Macedon. Beneficium † nam-  
que prohibituum ad fideiussorem transit: cum  
alioquin fideiussor contra principalem, nisi don-  
nandi animo interuenisset, reuerti posset. Face-  
re etiam non leuiter, inquit text. in l. si mulier. §. si  
ab ea. ff. ad Senatusconsultum Velleian. & idem voluit  
Alberic. in prima parte statutorum, questione 182.  
Demum omittendum etiam non videtur hanc

conclusionem ratione statuti vel legis, quæ eorum  
anima appellatur, comprobari. l. adigere. §. quamuis.  
ff. de iure patronat. Quando igitur statuti, vel legis,  
vel priuilegij ratio Rempublicam totamque pa-  
triam respicit ac concernit, tunc statutum, lex, vel  
priuilegium debitorum mentionem faciens, fidei-  
iussores etiam comprehendit. Ratio autem ea  
est, quod huiusmodi statuta, leges, vel priuilegia  
personarum delectum seu distinctionem non ha-  
bent, vt voluit Cynus in l. quoties, in fine. C. de precib.  
Imper. offerend.

Contrariam verò opinionem, quod immo Sta-  
tutum vel lex de debitore loquens fideiussorem  
non comprehendat, tenuerunt etiam quamplu-  
res, ea potissimum ratione quod in materia statu-  
ti stricta † interpretatio facienda sit, & ideo de ve-  
ro & proprio debitore intelligendum sit. Nec  
videtur absurdum si nos in huiusmodi quæstioni-  
bus conclusionibusve pertractandis, quæ in ali-  
qua contiouersia Doctorumque nostrorum dis-  
crepanzia versantur vtriusque partis rationes ac  
iura deducamus. Nam arguendo † & differendo  
9 veritas magis perpenditur. l. munerum. §. mixta. ff.  
de munere. & hon. & l. fin. C. si per vim, vel alio modo.

Redeundo igitur ad rem nostram dicitur hæc  
contraria opinio confirmari per text. in l. & magis  
puto. ff. de solution. vbi habetur † in dubio eum qui  
soluit creditori propriæ debiti causa soluere præsu-  
mendum & extimandum esse, non autem alieni.  
Confirmatur præterea iis, quæ habentur & no-  
tantur in l. padonum. §. si ciuitatis. ff. de excusat. tutor.  
Vbi habetur quod licet quando tutor habet mu-  
nus trium tutelarum à quarta excusatetur, si tamen  
† tutoris fideiussor sit: eam fideiussionem in nu-  
mero tutelarum non comprehendit: & idibi notat  
Bart. in lectura antiqua pro questione disputata ab Ol-  
drado, & refert se ea de re ad ea, quæ notat Guil. de Cun.  
in l. i. ff. si cert. pet. Propius præterea ad eam, de qua  
agitur accedendo, videtur satis concludenter com-  
probari hæc contraria opinio per text. in l. debitor.  
& in l. creditores. ff. de verborum obligation. & in l. is cui.  
ff. de action. & obligation. Vbi propriæ loquendo  
† debitor ille dicitur, à quo etiam inuito exigi po-  
test. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de legat. 3. & ita exigi,  
vt nulla obstet exceptio. Sed hodie † fideiussori-  
bus Ordinis exceptio competit. Prius nanque  
discutiendus est principalis, authen. praesente. C. de fi-  
deiuss. & mand. ergo fideiussor propriæ & verè de-  
bitor non est: ex consequenti à lege vel statuto de  
debitore loquente comprehendendi non debet.  
Comprobatur etiam huiusmodi argumento. Fi-  
deiussorem † vltra illud ad quod principalis te-  
14 netur obligatum non esse certum est, eaque est  
natura illius obligationis, vt si deinde obligatio  
pœna fortasse principalis vel alia de causa augea-  
tur, † fideiussor ad id, quod auctum est, non tenea-  
tur. l. fin. ff. de fideiussor. & habetur in l. mora. ff. de verbo-  
rum obligation. & l. centum Capua. ff. de eo, quod certo  
loco, & in l. quero. ff. locati. & l. 2. §. fin. ff. qui satisfac-  
cogantur. Ergo fideiussor verè debitor non est  
Iterum confirmat hanc opinionem ea conclu-  
sio, quam posuit Baldus & sequuntur cæteri in l. si  
fideiussor, in princip. ff. de legat. i. Dum voluerint,  
vt vbiunque testator † heredem grauat, vel alium  
16 quemlibet suis creditoribus soluere, de debito  
proprio intelligatur, non autem fideiussorio:

Et ideo in eo casu, si haeres soluat, à debitore principali non repetet, vt latius tradit Bal. ibi: Licet gl. ibidem ideo id esse intelligere videatur, quia de voluntate testatoris constaret. Imola tamen ibidem vult, vt talis testatoris dispositio soluendi defuncti debita in dubio de debitis propriis intelligatur, non autem ratione fideiussionis: et si dubitatione carete non videatur ob tex. in d. l. magis put, vt voluerunt Castr. & Alex. and. in d. l. si fideiussor, in princip. Pariter etiam comprobatur ex iis, quæ tradit Angel. post glos. in l. stichum. §. quod vulgo. ff. de

<sup>17</sup> solutio. Vbi voluerunt, fideiussorem † proprie loquendo reum non dici, sed abusive, vt inquit glos. ibi, in verbo, duntaxat. Et ideo quæsuiit ibi Angel.

<sup>18</sup> an beneficium † statuti disponentis, vt debitor pro suo debito in carcerem duci non possit, ad fideiussorem porrigitur. Et licet subdat primo ingressu, vt porrigi debeat, dicendum videri: quia fideiussor debitor seu reus dici debeat: Contrarium tamen verius arbitratur, vbi alioquin talis incarceratio à iure communi concessa esset. Eadem de qua supra diximus ratione, quod illud statutum, cum satis recedat à iure communi, stricte & proprie intelligendum sit. l. quicquid astringenda. ff. de verborum obligatio. & l. constitutionibus. ff. ad municip. Et ideo cum fideiussor reus non dicatur, imo diuersis nominibus appelletur. l. si idem. C. de codicil. beneficium statuti vel legis ad ipsum non extendatur, vt videtur intelligere Imola & Castr. in d. §. quod vulgo.

<sup>19</sup> Accedat etiam quod dilatio † data debitori beneficio seu priuilegio Principis, fideiussori nisi illud doceatur, non competit, vt inquit Cynus, & sequuntur alii in l. quoties. C. de precib. Imperat. offeren. & in l. tam mandatori. C. de non num. pecun. Huiusmodi

<sup>20</sup> enim priuilegium † personale censemur, & ideo personam non egreditur. l. in omnibus. ff. de regul. iur. & l. quia personale. ff. soluto matrimonio. & c. priuilegium, de regulis iuriis, in sexto. Facit etiam, quia cum <sup>21</sup> fideiussor † à lege illud priuilegium habeat, vt non nisi excuso principali conueniri possit, dicendum est, dicta auth. praesente. Cod. de fideiuss. & mand. debitor nanque conditionalis potius videtur, videlicet quatenus principalis soluendo non sit, & ideo proprie & simpliciter debitor dici non potest: ab eo tanquam iuinito consequi possit id nanque simpliciter & absolute, vt inquit text. in l. debitor. ff. de verb. signific.

Stante huiusmodi opinionum varietate, Curt. in l. prima, num. 8. ff. de reb. cred. inquit, eas ita concordari posse: Aut enim inquit ipse, lex vel statutum aliquid de creditore erga debitorem disponit, vt puta debitorem creditoris causa & voluntate in carcere duci posse: & tunc fideiussor, à quo statim exigi potest, comprehendatur: Aut vero statutum vel lex de debitore absolute accidentis potius alicuius gratia quam creditoris mentionem facit: vt puta si exempli gratia disponat, debitorem bona suavendere non posse, nisi prius creditoribus satisficerit, & hic ære alieno dissoluto, vel ad aliquod officium eligi: Et tunc iterum subdistinguendum esse arbitratur hunc in modum: Aut postrema executio creditoris causa bonorum fideiussionis fieri debet, vt puta quia principalis non est soluendo: & tunc eo statuto vel lege fideiussor comprehendatur: Aut vero principalis est soluen-

do, vel ipsa executio in bonis fideiussionis facienda non est, propterea quod saltem poterit ipse à principali debitore repetere: & tunc, quia non dicitur proprie debitor, ab huiusmodi statuto vel lege non comprehendatur, prout distinguit Bald. in dicta l. prima, colum. fin. ff. si cert. petat. & latius Alberic. de Rosa. in prima parte statutorum, & in consilio 17. questio pulchra. Et hæc distinctio, vt inquit Curt. in d. l. prima, numero octuagesimo primo. optime probatur in dicta l. debitor. & videtur continere infra scriptas limitationes.

<sup>22</sup> Si igitur teneamus primam sententiam & opinionem eam, duobus modis limitandam esse dicendum est. Et primo in debitoribus conditionibus: eo namque † casu statutum vel lex municipalis de debitore loquens, ad debitores conditionales extendi non potest, nec debet, vt voluerunt Bartol. Alex. & cæteri alii in dicta l. prima ff. si certum petat. & refert Comes in quarta quæstio. numero 12. super Regul. de non tollend. iure quasi. & Ioan. Anib. in Rubrica. ff. soluto matrimonio. numero 489. & idem dicit Corn. in l. prima, numero 24. ff. si certum petat. de debitore † in diem incertum, ob id quod conditionali comparatur. l. haeres meus. ff. de conditio. & demonstratio. & l. dies interitus, eodem titule. Comprehenditur tamen debitor in diem certum, propterea quod quo ad eum obligatio & actio nata est, ac etiam exercitium: Principalesque effectus produci sunt, licet agenti obstat exceptio. l. cedere diem ff. de verborum significatio. & habetur in l. centesimus. ff. de verborum obligat. Vnde est ut si huiusmodi debitor soluat non repetet. l. in diem debitor. ff. de conditio. indeb.

<sup>23</sup> Secundo loco limitatur, quando essentius in materia odiosa, † quoniam ea in re statutum vel lex loquens de creditore vel debitore ad eum non trahitur, qui patruæ rei, modicæve quantitatis creditor vel debitor est. Illud namque modicum † attendi non debet, vt notat glos. in authen. sed iam necesse. Cod. de donat. ante nupt. & refert Corne. in dicta l. prima, numero vigesimo quinto. ff. si certum petat. & hinc est, vt propter modicum debitum quis defuga † suspectus non iuretur, nec excludatur, vt inquit glos. in authen. minoris debitor. Cod. qui da. tutto. poss. & facit, vt inquit Ludovic. Roman. tex. in l. legitimos. in versiculo, parte ibi, Rei quoque. ff. de legit. tutor.

<sup>24</sup> Si vero opinioni contraria, de qua supra adhæreamus, erit ea etiam in quatuor casibus limitanda. Quorum primus est, quando † fideiussor vt principalis se obligavit: eo namque casu cum videatur iuxta authen. praesente. C. de fideiuss. & manda. renunciasse, Et ex merito consequenti est verus debitor, quia statim nulla præcedente excusione conueniri potest. & ideo à statuto vel lege qualibet municipalis de debitore loquente comprehendi dicendum est.

<sup>25</sup> Secundo loco limitatur & non procedit in † il. lis locis, vbi vi legis municipalis vel statuti excusio sublata esset, prout in multis Italiae locis reperitur: tunc enim cum debitores statim conueniri possint: nullo modo à principali debitore differre dicuntur, & ideo tanquam principales & vere & proprie debitores à lege municipalis, vel statuto comprehendendi debent.

<sup>26</sup> Tertio limitatur, quando testator grauaret † he- redem.

# De Executionibus, Tractatus.

5

redem vel quemlibet alium suis creditoribus satisfacere: Nam licet, ut supra vidimus, de verè & propriè creditoribus, non autem fideiussoribus intelligendum sit: & sic in tali casu à statuto vel lege de creditoribus loquente non comprehendantur: hęc tamen conclusio limitatur, quando testator ex causa fideiussionis tantum esset obligatus, eo nāque casu huiusmodi dispositio testatoris, quæ aliquin esset inutilis & prorsus superflua, de debitore vel creditore ex causa fideiussionis intelligitur, ut dicunt Doctores in d.l. si fideiussor. ff. de legat. primo, argumento l. secundæ, & tertiae, in principio. ff. de liber. præterit.

Quarto loco limitatur, quando militaret eadem t̄ ratio, ut inquit Alexand. in consil. 113. & si celeberrime Doctor, volum. 3. & refert Curt. in d. l. 1. num. 79. cum sequentibus. ff. si certum petat. concludentes legem vel statutum loquens de debitore, ubi est eadem ratio, impropriè etiam debitorem comprehendere.

## C A P. III.

### ARGUMENTVM.

Debitoris verbum in statuto an comprehendat clericos?

#### S V M M A R I A.

- 1 Statutum loquens generaliter de debitoribus & creditoribus, an clericos comprehendat.
- 2 Statuta laicorum, clericos quo ad eorum fauorem includunt.
- 3 Statuti, legis, vel ritus beneficio vti volens, eo cum suis qualitatibus vti debet.
- 4 Clericus succumbens coram iudice laico ab eodem in expensis condemnatur.
- 5 Statuentes legumq; latores, in clericos iurisdictionem non habent.
- 6 Leges Imperatorum, quæ contra libertatem ecclesie non sunt, nec repugnat priuilegiis ecclesia, ecclesiasticisq; personis, suntq; ex se honesta, à summis Pontificibus approbantur.
- 7 Leges Imperiales, etiam in foro canonico militare, dummodo canonici sanctionibus non repugnant.

**Q**uoniam vidimus supra, an statutum vel lex aliqua municipalis loquēs de creditore vel debitore, comprehendat fideiussores: t̄ metiō eandem subiectam materiam prosequendo, an ad clericos extendatur, illosve complectatur, videndum est? hanc conclusionem late prosequitur Prosp. Carauita in suis commentariis ad Ritus Magna Curia, in interpretatione Ritus 166. num. 34. Vbi distingendo inquit: Aut loquimur de clero agente, & vti volente legis statuti vel Ritus beneficio: Aut verò econtra de conuento vi, & dispositione ipsius legis, statuti, vel Ritus. Redeundo itaque ad primum membrum distinctionis, quando scilicet ipse agit: & tunc inquit Carauita prædictas leges statuta vel Ritus clericos etiam amplecti, ut dixit Bald. in l. cunctos populos, colum. 7. versic. sed hic, num. 10. C. de summa Trinit. & fide Cathol. vbi idem etiam voluit are. col. 5. & rursus idem Bal. in l. de quibus, quest. 5. vbi etiam Ias. num. 12. ff. de legibus. & Abb. in d. c. ecclesia sancte Marie, vers. ideo secundum eum, extra de constit. Mouentur autem Doctores ex eo, quod statuta t̄ laicorum clericos quo ad eorum fauorem includunt. Et de hoc

dicit Carauita dubitandum non esse, & loquendo de ritu illo & aliis, quos ibi refert. Quotidie inquit id in omnibus causis regni obseruari, vbi cuncte clerici iuxta formam illius ritus instrumenta contra sūos debitores liquidant. Et ita veram esse hanc conclusionem arbitratur, ut si male egerint, teneantur ad pœnam, si qua eodem vel aliis statutis ea de re imposta esset: Quandoquidem t̄ ex quo illius statuti, legis vel ritus beneficio ut voluerunt, eo cum suis qualitatibus vti debent, ut inquit Bald. in d.l. de quibus, quest. 6. ff. de legibus, & l. contra. §. fin. ff. de pact. & in l. 1. quest. 6. num. 5. C. de contrahen. empt. argumento l. in venditione. ff. de actio. empt. & rursus idem Bald. in consil. 227. honestus, num. 4. volumine primo, & Abb. in consil. 6. casus, volum. 1. & Decius in cap. nouit, num. 16. in glos. quicunque, extra de iudic. & Petrus Rebuff. in commenta. constitut. Franc. in proœm. glos. 1. vers. septimo, num. 78. volum. 1. Petrus Foller. ad Mariant. parte 6. actu 8. num. 16. Confirmatut etiam ex eo quod t̄ clericus succumbens coram iudice laico, ab eodem iudice in expensis condemnatur, ut voluerunt Imo. & Felin. in c. at si clerici, colum. 6. in fin. extra de iudic. Aut verò clericus non agit, immo econtra vi illius legis, statuti vel ritus ipse conuenit in foro ecclesiastico, & tunc cum hac de re magis dubitandum videatur, ideo variæ extant Doct. sententiæ & opiniones. Nam Bar. in eadem l. cunctos populos, quest. 5. num. 29. vt huiusmodi leges statuta vel Ritus clericos quoque amplectantur, existimauit ea potissimum ratione: quod statuta & Ritus huiusmodi instrumenta executionem paratam habete disponentes, ex quo specialiter contra Ecclesiā Ecclesiasticasve personas non loquuntur, minusque contra eorum libertatem, concessaque eis priuilegia, etiam clericos, dummodo in eorum foro conueriantur, comprehendere debent, ut videtur text. in c. cum venissent. extra de eo, qui mitti. in possē. & in c. cum causam, extra de re iudic. Hanc eandem opinionem Bar. firmarunt Hosti. & Ioan. And. in c. fin. extra de solut. & Ias. in l. quoties, num. 24. C. de rei vendic. & Lapis allegat. 81. & Calcan. in consil. 7. & Roder. Suarez. in l. post rem, ampliatio. 8. ff. de re iudic. asserens hanc opinionem communem esse inter Canonistas, & Didac. Couarr. lib. practica. quest. c. 8. num. 5. Et ideo Barba. in consil. 14. num. 11. volum. 2. dixit quod si statuta laicorum contra ea sunt, quæ competit Ecclesiis vel clericis ut Ecclesiis, vel clericis non priuilegiatis, sed ut aliis & eos liget, & etiam in foro episcopali seruari debeant, c. cum venisset, extra de eo, qui mitti. in possē. & c. constitutus. extra de in integr. restit. & c. cum causa, extra de re iudic.

Contrarium verò opinionem contra Bart. tenuit Bal. in d.l. cunctos populos, & monetur: quia licet statutum prædictas conditiones habeat, non ob id tamen statuentes vel legislatores in clericos iurisdictionem habent. c. ecclesia sancte Marie, extra de constitutio. & c. bene quidem. 9. 6. distinct. Quia quidem ratione Doct. frequentioribus calculis Bart. reproabant opinionem, ut inquit Imola in c. quod clericū, numero 3. vers. sed aduerte, extra de foro competen. & Felin. in d. c. ecclesia, num. 81. extra de constitut. vbi etiam Decius, num. 50. & Rochus de Curt. in c. fin. quest. 11. princeps. extra de constitut. & quod magis communiter Canonistæ teneant contra Bart. dicit Barba. in d. c. ecclesia sancte Marie, num. 10. cum sequentib. extra d. constit. & firmat etiam Benedictus Capra in consil. 15.

num. 40. & 41. putantes tamen id in foro ecclesiastico intelligendum esse, prout etiam concludit Abb. in d. c. ecclesia sancte Maria, num. 40. versic. ideo secundum eum, & ibidem Felin. num. 96. & 98. licet Carauita codem in loco pereat, qua voluit Didac. in d. cap. 8. & per text. in d. cap. 1. & 2. 10. distinctio. ut ibi latius prosequitur.

Verum existentibus his duabus contrariis opinionibus, hanc Bald. conclusionem, vbi de legibus Imperialibus & regiis instrumentis executionem paratam concedeantibus tractatur, locum non habere existimatunt magis communiter Doctores: Et ea potissimum ratione mouentur, quod † leges huiusmodi, quae contra libertatem Ecclesiae non sunt, nec repugnant priuilegiis Ecclesiae, Ecclesiastice personis, suntque ex se honestae, à summis Pontificibus approbantur, tex. est in cap. primo, extra de noui oper. nunc & in cap. inquisitionis, de heret. in 6. & in cap. primo, extra de iuram calum. & cap. veniens, extra de iure iuram. cum aliis, quae refert Didac. in epito. de sponsa. in secunda parte. c. 6. in princ. num. 20. vbi id ampliat etiam si de clericis mentionem facerent. Hanc præterea opinionem sequitur Carauita non solum iuribus & rationibus à Bartol. deductis, quibus Imola eo modo de quo supra respondit, sed etiam ab ipso Didaco in d. cap. 8. per tex. in cap. primo, & secundo. 10. distinctio. vbi expreſſe habetur, † leges Imperiales etiam in foro Canonico militare, dummodo canonici sanctionibus non repugnant, d. c. 1. extra de oper. noui nunc. & Bald. in consil. 30. volum. 1. & in consil. 135. articulus, in fine. & in consil. 397. colum. 2. volum. 3. & Alex. in consil. 122. numero septimo, volumine quinto. & Petrus Rebussus in proœm. constitutio. Francie. glos. 1. versic. quartò limita, numero 72. volumine primo. & Maranta in disput. 8. numero 47. versic. ad decimum. licet ibidem, numero 14. versic. decimò, in terminis istius. Ritus aliter dixerit, arguendo & disputando. Nec obstat, vt ait Carauita, ratio Baldi, ut ibi latius ipse prosequitur, quod statuentes in personis clericorum iurisdictionem non habeant: quoniam illa iura in statutis inferiorum à Principe procedere possunt, ob id quod canonibus approbata non reperiuntur: non autem in legibus Imperialibus, quae vt vidimus a canonibus receptæ & comprobatae sunt, & in specie ita respondent Hostiensis & Ioan. Andr. in d. cap. fin. extra de solutio. & Imola. in c. continetur, circasinem. extra de his, que sunt a praet. fine consen. capit. & Alex. in d. consil. 122.

## C A P . I V :

A R G V M E N T V M .

Debitoris verbum in statuto loci superiorum non recognoscens, an includat clericum.

## S V M M A R I A .

- 1 Ciuitates que non recognoscunt superiorum habent iura regalia.
- 2 Florentinus populus habebat & habet iura regalia & superiorum non cognoscit. & num. 4.
- 3 Ciuitas superiorum non recognoscens in suo territorio vicem Principis gerit.
- 5 Florentia ciuitatis origo & nominis.

6 Mugellum, unde dictum.

7 Florentia vrbs se in libertatem vindicavit.

8 Historicis, vti peritis in qualibet arte & professione, credendum.

9 Florentia ciuitas anno Domini 1273. à Rodolpho Imperatore coronatis 26. mille libertatem emit.

**Q**uoniam autem, vt patet ex predictis, colligitur alia conclusio, videlicet quod principalis conclusio nostra, qua queritur, an statuta, leges, vel ritus executionem paratam habentes, vbiunque clerici conueniuntur, ad eos quoque extendantur, in statutis inferiorum à Principe non procedat, Tertia dubitatio subditur, quid nam de statutis & legibus illorum locorum dicendum sit, qui suis potissimum statutis reguntur, & in superiorum quempiam non recognoscunt. Et videtur fortasse dicendum, vt clerici comprehendantur, ex quo liberum † Principis supremum ius & regalia exercere possunt, vt inquit Bart. in l. 1. §. de quare ff. depositul & in l. infamem. in fine. ff. de publici iudic. & l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudic. & l. hostes, in fine ff. de capt. & postlim. reuer. Et ideo receptum est iura ipsa de supremo Principe loquentia, in populo quoque libero & superiorum non recognoscente locum habere, vt dicunt Ioan. Butr. Imola. Henric. Bohic. & Abb. in c. cum Bertoldus, extra de septen. & re iudic. & in c. per venerabilem, extra qui filii sint legit. & Ripain Rub. extra de constit. numero 57. in fine. Et in specie quod populus Florentinus ob id quod † haberet iura regalia, nullum in superiorum recognosceret, saepe responsum fuit, ita namque responderunt Abb. in consilio 91. volum. 11. & Ponta. in consilio 456. in proposto, & Corn. in consilio 55. volum. 2. & Decius in consilio 125. numero 5. & Sotin. sen. in consilio 273. colum. penult. volum. 2. & Ias. in consilio 70. colum. 2. volum. 3. & Felin. in c. cum non liceat, colum. penult. versic. quartò considero, extra de prescriptio. & rursus Decius in consil. 357. numero secundo. & Purpur. in l. prima, num. 329. ff. de offic. eius, cui manda. est iuris. & Restaur. Castal. in tract. de Imperat. quest. 54. numero II. & iterum Decius in consil. 528. num. 2. & Portiu in consil. 167. numero I. cum sequen. & Menochius in consil. 2. num. 65. & 66. & Natta in consil. 637. numero 28. cum sequen. volum. 3. Cum igitur † ciuitates superiorum non recognoscentes in suo territorio, vicem Imperatoris obtinent, satis conuenire videtur, vt idem de earum statutis & legibus dicendum sit: Nam cum canones leges approbantes solum de legibus Imperialibus loquantur, & Didacus Couarruias & Carauita, vt supra vidimus, ad leges quoque regias extendant: satis ni fallor, conuenire videtur, vt eadem ratione ad leges etiam vel statuta earum ciuitatum extendantur, quae in situ territorio suis legibus reguntur, & neminem superiorum cognoscunt. † Quod autem populus Florentinus & ex consequenti hodie Serenissimus Magnus Dux huiusmodi iura regalia habeat, satis ex predictis apparet. † Verum vt de hac nostra ciuitate aliquid cursim dicamus, sciendum est de Florentinis mentionem fecisse M. Port. Cato. in fragmentis ex libris originum, pag. 240. dum inquit, Fluventini qui & Arnienses dicuntur. & Plinius natu. historia. libro 3. ibi, Fluventini perfluenti Arno positi. Et Procopius lib. 3. de bello Gotthorum inquit, Hoc Totila bello peracto, non longè post aduersus Iustinum

# De Executionibus, Tractatus.

7

num & Florentiam urbem copias misisse, hisque Vndellam Rodericumque & Vliarem bellicosissimos viros præfecisse: Qui eo demum venere circa muros mox confidendo obsidione hos cinguntent. Iustinus vero, qui nullos in urbem conuerterat ante hac commeatus perturbatione affectus immodica Rauennam statim ad Romani exercitus Principes misit precatum sibi vel periclitanti opitulatum venirent noctu, qui mittebatur frustatus hostem Rauennam peruenit: resque quo statu Florentia essent denuntiavit: Tum vero Romanorum non parui exercitus exemplo Florentiam Cyprianus & Ioannes duxere, de quorum aduentu per exploratores Gothi facti iam certiores soluta obsidione in locum, qui tunc Municilla dicitur, & diei via à Florentia distat, secedunt. Haec ciuitas licet ab initio sub imperio Romano fuerit: Nam ut inquit Leonardus Aretinus in principio Florentiae Historiae, principium à militibus L. Silla habuit, quibus cum perfecto bello sociali pro suis laborib. Fesulæ eiusque territorij pars assignata esset, ob montis difficilem ascensum viarumque asperitatem paulatim Fesulas relinquentes in planicie inter flumen Arni & Mugnonis habitationes ædificare cœperunt. cumque interiesto aliquo tempore multa ædificia construxisset, pulchraque ædificiis ornata via appareret, eam vicini Fluentiam seu Fluentinam appellare cœperunt, ut cum inter duo flumina posita eslet, ab eorum fluxu nomen acciperet, & eius habitatores deinde Fluentini dicti sunt, quoique Florentia dicta fuit. Raphael vero Volaterranus, libro 5. commentariorum urbanorum, opinionem Aretini reprehendit, dum à militibus Silla ædificatam fuisse existimat: propterea quod ex lib. Chronicorum apparet à tribus illis viris Cæsare, M. Antonio, & M. Lepido Coloniam deductam fuisse: cum in illis dicatur C. Cæsar, Marci Antonij & M. Lepidi Pontificis Colonia Florentiam deductam à triumviris assignatam L. Julia, Centuria Cæsarianæ in iugera per cardines & decumanas termini rotundi pedales & distantias inter se in pedes 2400. At Frater Leander cum Florentiae mentionem faceret, subdit, Volaterranum opinionem Laurentii Vallæ approbare in quadam sua epistola, existimantis Fesulanos huic ciuitati principium dedisse, qui Fesulas relinquendo comodioris habitationis gratia sedes suas iuxta Arnum ut in loco Amoeniori & magis culto constituisse. Alia fuit opinio Annii, libro septimo suorum commentariorum, ut refert ibidem Frater Leander, qui ait hanc urbem à Iano sublime nominato à Catone Janus Arin conditam fuisse, verbis Catonis potissimum inhærens, dum ait: Janus fundavit duas colonias ad profluente Arni, videlicet Fesulas, & Atin Ianus, & ideo Arinium existimasse hanc urbem proprie Arnum, ubi Arignanum dicitur, ædificatam fuisse: nec difficile putare si diligenter quaeratur ibidem principia & vestigia inuenire. Ego hanc opinionem non probo, tum quia à Fesulis valde distaret, tum etiam quia hodie quoque extat locus Arignanum appellatum, ubi pons est, quo Arnum transimus, & distat ab hac urbe de cem miliaribus. Urbe tunc Florentia licet ab initio esset & Imperatorem superiorum haberet, ab

Imperii tamen Romani iurisdictione in libertatem se vindicauit, & pluribus Germanorum Imperatoribus non paruit, sed Caroli eius nominis primi & Roberti Neapolitanorum Regum protectione se commendarunt, & Etruriæ ditionem acquisiuerunt, ut ex Historicis constat, tunc quibus plena fides adhibenda censemur, quemadmodum in qualibet arte & professione peritis. l. septimo mense ff. de statu homin. & l. antiqui. ff. si pars hered. petat. & l. si pater. ff. de solution. & l. Cicero. ff. de pœn. & l. prima ff. de ventre insufficiend. & c. fraternitatis, extra de frigid. & malefic. & docuit Bartol. in l. prima, numero 22. ff. si cert. petat. & alii Scribentes, Alexand. & Decius, numero 21. & est casus in c. cum causam extra de probation. rbi gloss. per libros antiquos, & Inno cent. & Iohan. Andr. Bald. AEgid. Imola & Abb. num. 3. ibi aduertunt. Constatq; tunc Florentiam ipsam ciuitatem anno Domini 1273. à Rodulpho Imperatore 26. mille coronatis solutis libertatem ipsam consequitam fuisse, ut refert Platina in vita Honorii IV. & Egnatius in vita Rodulphi testatur, Honorio IV. ob Italiam salutem negotium hoc non displicuisse, licet Cæsar's infamem auaritiam aduertat, & tradit Portius Imolensis in consil. 167. num. 1. cum seq.

## C A P. V.

A R G V M E N T V M.

Instrumenta publica quas solennitates requirant.

### S Y M M A R I A.

- 1 Publica instrumenta, que dicantur.
- 2 Forma instrumentorum solemnis & authentica, que sit.
- 3 Instrumenta publica ad eorum validitatem, que continere debeant.
- 4 Notarius exprimere debet illud, quod conficit, publicum esse instrumentum.

Executionis materiam cum tractemus, quæ potissimum publicis instrumentis concedunt, quænam tunc publica instrumenta dicantur, pro facilitiori eorum quæ dicenda sunt, interpretatione in primis videndum est. Ea igitur publica instrumenta dicuntur, quæ manu publici tabellionis in publica & solemnni forma conscripta sunt, c. 2. & ibi notant Doct. extra de fide instrum. & tradit late Specul. in §. nunc dicendum refat, in princ. init. de instrum. edi. Bart. in l. si quis ex argentariis. §. finitum ff. de eden. per tex. in §. sed & si sic instrumenta, & §. sequenti, in auth. de instrum. caut. & fide. & tradit late & copiose Prosper Carauta super Ritibus magna curia, ritu 116. num. 6.

Forma autem tunc solemnis & authentica huiusmodi est: In primis enim instrumentum publicum invocatione nominis Domini nostri Iesu Christi continere debet, deinde vero nomen Pontificis, eiusque Pontificatus annum, & inductionem, ut habeatur in Authent. ut proponatur nomen Imperatoris, in princ. & tradit gloss. in l. generali. C. de tabul. lib. 10. & Natta in consil. 329. num. 1. vol. 2. & Lanfranc. in sua praxi, in c. 9. num. 16. cum sequen. & Aret. in §. item verborum, num. 5. Instit. de inutilib. stipul. Et ideo Florentia hodie lege sanctum est, ut post nomen

A 4 Ponti-

Pontificis, eiulq; Pontificatus annum, nomen Serenissimi Magni Etruriæ Dueis & Imperij annus apponatur: & id earatione potissimum dicendum viderur, quod in Dominio Florentino, ut supra diximus, superiorem non recognoscet.

Praedictis tamen gl. in d. l. generali. C. de tabul. lib. 10. quam sequitur ibidem Lucas de Penna, col. 3. in fin. addit à notario siue Tabellione exprimendum esse illud, quod confecit, † publicum esse vel fuisse instrumentum. Quandoquidem ex eo quod † à notario confectum sit, publicum instrumentum esse, & vt publicam fidem facere, consequens non est, cum soleant sape alias scripturas facere, quæ publicæ non sunt. Et ideo inductum est, ut illæ tantum, quas publicas esse attestantur, instrumenta publica dicantur, & fidem publicam faciant: & haec sunt, quæ paratam executionem habere dicuntur. Hanc conclusionem gl. & Luca de Penna sequitur Aymon Crauet. in consil. 150. in causa, in princ.

## C A P. V I.

A R G V M E N T V M.

Signetum Notarij an necessario requiratur in instrumento, & an in protocollo.

## S V M M A R I A.

- 1 Notarius signum apponere debet, alioquin non dicitur publicum instrumentum, & fidem non fatit.
- 2 Instrumentum notarij, an à Locumtenente, vel substituto signari possit.
- 3 Instrumentum regio sigillo signatum, sententia vim habet.
- 4 Signum notarij, an sit de solemnitate instrumenti, in iure expresse decisum non reperitur, sed à Doctoribus nostris tenetur, & pluribus iuribus & rationibus comprobatur.
- 5 Signum notarij, vbi ex consuetudine apponi solet, si non apponatur, instrumentum non subsistit, nec fidem facit.
- 6 Protocollum non dicitur, si signum notarij non habeat.

**S**ignum præterea † Notarij ad inducenda publica instrumenta adesse necesse est, vt inquit Lucas de Penna in d. l. generali. C. de tabul. lib. 10. Quod sane, vt ibidem subdit, ita de essentia est, vt ab eodem etiam Notarij mutari non possit. Hanc conclusionem, vt signum notarij omnino requiratur, sequitur Ang in consil. 220. ad hoc vt scriptura. & Bar. in l. pretor. §. si initium, num. 32 ff. de eden. & Nicol. Boerius in quest. 36. num. 8. & quest. 37. num. 10. & Decius in c. 1. in 9. requisito, num. 13. extra de fide instrum. & Ias. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus, num. 43 ff. de verb. oblig. & Aymon Crauet. in consil. 72. in contractu, num. 4. & Felic. Phœbei Asculanus in consil. 118. num. 6. vol. 2. consilio crimin. diuers. & de hoc est tex. in l. fin. §. nec callidis. C. de asses. & tradit iterum Bar. in l. testium. §. si quis extestibus ff. de testam. & Felin. in cap. scriptura, col. 4. extra de fide instrum. & Panorm. in d. c. 1. eod. tit. & Natta in consil. 329. num. 2. vol. 2. & Corn. in consil. 22. licet, vol. 3. & in consil. 70. duo, colum. 1. vol. 4. & in consil. 118. placet, col. 2. eod. vol. 4. Et tradit Petrus Rebuffus in tractat. nomin. num. 24. vbi etiam querit, an † à Locumtenente vel substituto signari possit. Et rursus idem Rebuffus in l. ynica. in gl. in ver. alios, num. 25. C.

de senten. que pro eo, quod inter. inquit, instrumentum † Regio sigillo signatum sententia vim habere, 3 authoritate Bal. in l. qui restituere ff. de rei vend. & Socin. in consil. 199. in causa testamen. col. 2. vol. 2. Et iterum Corn. in consil. 226. num. 3. vol. 3. dum inquit, † licet 4 de iure expresse decisum non reperiatur, signum ex substantialibus instrumenti esse: Doctores tamen plura deducere, quibus ad essentiam & validitatem instrumentorum publicorum signum Notarij accedit debere satis concludenter ostendunt, prout voluit Speculator in tit. de instrum. edi. §. breuiter. & Cynus in l. contractus, in fin. C. de fide instrum. & Jacob. de Arena in l. ad testium. §. si quis ff. de testa. per tex. in §. sed si instrumentum, in Auth. de instrum. caut. & fide. vbi gl. in ver. adiicitur, & verbo, oportet, & est tex. iuncte gl. in ver. signum. §. item lex Cornelia. Instit. de public. iudic. & idem habetur in l. fin. C. de asses. & in l. 2. C. de cogen. fisci debito. lib. 10. & idem voluit Bal. in l. si quis ex argentariis. §. finitum tabularum ff. de eden. & rursus idem Bal. in l. Lucius. ff. de milit. testam. & Pet. de Anch. in consil. 432. pramissa. in princ. & iterum etiam idem Ang. in Auth. de tabellio. Et facit ad rem nostram non modicum, illud quod voluit Bal. in prima constitutione C. & Panorm. in c. 1. extra de fide instrum. † Et 5 ideo magis ibi procedit, vbi extat consuetudo, vt signum notarij in instrumentis apponatur. Planè tunc si apponi omittatur, instrumenta non subsistunt, vt inquit Bal. in d. l. testium. §. si quis ff. de testam. & in d. l. constitutione. C. id quod voluit etiam Imola in d. c. 1. extra de fide instrum. & faciunt ea, qua notat gl. in Auth. vt præpona. nomen Imper. in princ. Vnde dixit Bal. in c. significavit, extra de appellat. Instrumentum consueto signo caret, fidem non facere, argumento illius tex. & id ea potissimum ratione, quod consuetudini standū sit & ideo si Signo caret, ex quo vna ex solemnitatibus deficit, vt non subsistat, dicendum est. Et ideo Corn. in eadem auth. num. 4. ad † protocollum infert, & ex prædictis concludit, vt 6 si huiusmodi signo caret, ob id quod solemnitates requisitas non habeat, publicum non dicatur, & ex consequenti ei tanquam non publico fidem adhibendam non esse, vt voluit Bal. post. Nie. de Mattarel. in Rub. C. de fide instrum. Vnde etiam Anch. in d. consil. 432. dixit, protocollum, suis solemnitatibus carrens, inter quas signum quoque connumerat, non probare, & ex consequenti instrumentum inde extractum & trâsumptum tanquam ab infecta radice proueniat, fidem non facere. Nam, vt ipse ait, Protocolla omnes eas solemnitates, quæ in instrumentis publicis requiriuntur, habere debent, vt præsupponit etiam Ioh. Andr. in additio. ad Specul. in §. videndum, vers. & nota quod tabellio, in tit. de instru. editio. Hanc præterea opinionem firmauit Bal. de Bart. cui se subscripsit Corn. in consil. 94. vol. 4. motus penè eisdem iuribus & rationibus, de quibus supra dictum est, afferens auctoritate Panorm. in c. 1. col. 3. extra de fide instru. ita communem Notariorum practicam se habere, & communiter obseruari, cuius conclusionem eam pluribus comprobans sequitur Corn. in sua subscriptione: concluditque etiam protocolla seu, vt dicunt, Imbreuiaturas, solemnitates à iure vel consuetudine requisitas habere oportere: alioquin fidem non facere, vt voluit etiam Cagnol. in l. si librarius, num. 33. latè. & copiose prosequens hanc conclusionem. ff. de reg. iur. Nec obstat si fortasse prædictis obiciatur, vt inquit

# De Executionibus, Tractatus.

9

inquit Iacob. Menoch. in consil. 48. num. 15. vol. 1. maxima esse inter omnes Doctores nostros controversiam, an ad instrumentorum perfectionem, signum & subscriptio necessaria sit: propterea quod multi in ea opinione sunt, ut necessaria non sint, prout magis communem opinionem esse attestatur Alexand. in Rubr. ff. de oper. noui nunciat. numero 14. & ibidem. Niconitus, num. 112. & alii plures quos refert Roland. à Valle in consil. 44. num. 40. volum. 1. qui refert etiam Cardinalem in consil. 113. colum. 2. dicentem signum notarii apponere in instrumento extracto necesse non esse, & ideo multo minus in protocollo. Vnde Castrensi. in consil. 204. quem sequitur Roland. in d. consil. 44. nu. 42. respondit iis quae dixit Bald. in d. l. contractus, notarii signum & subscriptionem ad instrumenti perfectionem necessariam non esse, prout voluerunt etiam Felin. in c. tum P. Tabellio, num. 5. extra de fide instrumen. & Boerius quest. 37. nu. 10. & Neuizá. in consil. 24. num. 5. Et id, quod de signo dicit, eadem ratione in ipsa subscriptione locum habet: propterea quod sufficiat protocollum in principio vel in fine subscriptum esse, videlicet cuius notarii protocollum sit, cum inscriptio ad omnia sequentia referatur, prout subscriptio ad omnia praecedentia, ut voluit Bart. in consil. 163. quem sequutus est Boerius in d. quest. 37. num. 10. & idem clarius voluit Ruini. in consil. 159. num. 12. volum. 4. Bald. Butr. Alex. & alios plures eiusdem opinionis referens, & communem attestatur Decius in consil. 447. in fin.

Quoniam negatur predictam esse magis communem opinionem: nam ultra eos quos tenendo aliam opinionem retulimus, eam quoque tenuit Petrus Rebiffus in tractat. nomina. quest. 10. numero 24. dum vult literas tam gradus, quam nominationis manu scribae universitatis signari oportere, per text. in l. Diuus. 2. ibi, literas inclusas atque ob-signatas, ff. de custod. reor. Ea potissimum ratione, quod sicut acta iudicis sine eius signo fidem non faciunt, vt inquit Dynus in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fisci. Ita etiam instrumentū sine Notarii signo non probet. l. fin. §. nec callidis. C. de assē. & Bart. in l. ad testium. §. si quis ex testibus. ff. de testament. & Guido Papa in statu. si quis per literas, in verbo. propria manu. in fin. & Felin. in cap. scriptura, colum. 4. extra de fide instrument. Praterquam quod ita etiam obseruat consuetudo, vultque ex substantialibus instrumentorum esse, vt voluerunt Panormit. & Decius in dicto cap. 1. extra de fide instrument. & Bart. in l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de edend. & Corn. in consil. 22. licet, colum. 3. & in consil. 70. duo, colum. 1. volum. 4. & in consil. 118. placet, colum. 2. eodem volum. Et ideo in constitut. regni Siciliæ, in tit. de fide & authoritate instrumentorum, in tit. 83. dicitur instrumentorum solemnitatem augentes, vt de eorum fide nulla omnino in posterum dubetas orihi possit statuimus, vt si quantitas qua in contractu deducitur infra libram auri subsistat, & de mobiliis vel immobiliis & quibuslibet rebus aut causis in instrumento duo testes bona & probatae opinionis subscriptant, prater iudicem & notarium: si autem libram auri excedat, tres testes probatae fidei, prater iudicem & notarium, qui sint omni

exceptione maiores & scientes literas in illis locis, in quibus literas scientes inueniri possunt: alioquin alii etiam assumantur: Contra predictam autem formam confecta instrumenta in posterum nullam habeant firmatatem. Vnde notat ibi gloss. in verbo subscriptant, eo iure solemnitatem de qua ibi interuenire debere: At hodie vi illius constitutionis testium propriæ manus subscriptionem, quæ de iure communi necessaria non est, accedere debere, cum iure communi Notarius nomina testium tantum describeret, ut habetur in §. sed & si instrumenta, in Authent. de fide instrument. & notatur in l. donatio, in gloss. in versic. non etiam, & c. C. de donation. & gloss. in versic. non etiam, in Authent. de hered. & falcid. §. si vero absunt, in gloss. ergo contra, & c. & in l. fin. C. de testament. & facit text. in §. 2. In fin. de contrahend. emption.

Præterea quod signum Notarii necessarium sit, firmat Cassa. super constitution. Burgund. in text. conclusionis & approbationis consuetudinum Ducatus Burgundie, in text. ibi, signe de alicun de noꝝ secretaries ou grassis. per ea, que dixit Felin. in cap. scripturam, colum. 5. extra de fide instrumen. & Bal. in d. l. contractus, colum. 3. C. de fide instrument. & in l. si quis. §. quid enim. ff. de edend. Et dicit Bertran. in consil. 133. volum. 2. fidem instrumento adhibere ob solam sigilli appendentiam contra regulam esse, & fatuum esse eum, qui id facit & si aliter in protocollo res se habeat, nisi consuetudo aliter obseruet, ut in d. cap. P. ubi tradit etiam Felin. extra de fide instrument. ubi etiam ponit, an nota protocolli probet rursus quod signum Notarii sit necessarium, voluit etiam Aymon Crauet. in consil. 116. num. 3. per ea que notantur in cap. 1. & in d. cap. cum P. Tabellio, extra de fide instrument. & per ea que voluit Angel. in d. consil. 220. & Bald. in consil. 47. in fin. vol. 1. & Guido Papa in quest. 616. circa finem, & Decius in consil. 97. colum. 1. in fine, & Corne. in consil. 226. volum. 5. & in consil. 94. & in consil. 118. volum. 4. Et licet aliquæ ex dictis solemnitatibus de iure necessaria non videantur, & præsertim in notarii imbreuiatura, dummodo alioquin vitium non contineant, ut inquit Cynus in d. l. contractus. C. de instrument. & Alexand. in d. consil. 14. colum. 2. & Decius in consil. 447. colum. 2. & habetur in additione ad Guidonem Papæ quest. 122. Consueverunt tamen tales solemnitates adhiberi: & ideo si omitterentur, instrumentum fidem non faceret, cum omissione solemnitatis ex consuetudine requisita ita virtutem instrumentum, ut omissione solemnitatis juris, ut inquit gloss. in Authent. ut preponat nomen Imperatoris, quam ut in notabilem refert & sequitur Alexand. in consil. 166. colum penult. volum. 6. & in consil. 37. colum. 4. volum. 3. & idem tenuit Rom. in consil. 65. colum. 2. versic. non enim solum, & Socin. in consil. 245. colum. fin. volum. 2. & in consil. 2. colum. 1. volum. 3. Imo etiam imbreuiatura, ut ipsi dicunt, notarii solemnitates omnes requisitas ad instrumentorum publicorum perfectionem inducendas & habere debet: alioquin ex ea instrumentum summi non potest, & sumptum fidem non facit, ut voluit etiam Paris. in consil. 28. num. 62. & 63. volum. 2. ubi saltem signum in principio libri ad esse præsupponit.

CAP.

## C A P . V I I .

## A R G V M E N T V M .

Instrumentum Notarij fidem facit, si in protocollo reperiatur, & ibi plura de protocollo.

## S V M M A R I A .

- 1 Instrumenta publica ad eorum perfectionem debent reperiri in protocollo.
- 2 Suspicio falsitatis instrumenti, pro falsitate habetur.
- 3 Testamentorum causa, quia in eis plerunque fraudes fieri solent plures solemnitates à iure reperta & inducuntur.
- 4 Cartis separatis & non existentibus in codicibus vel protocollis, fides non adhibetur.
- 5 Protocolum, quod dicatum.
- 6 Protocolum, unde dictum.
- 7 Liber capituli & in eius archivio retentus ubi tractatur de graui preiudicio, non probat.
- 8 Protocola scripta & subscripta manu ipsius notarij, qui de eis rogatus fuit, esse debent.
- 9 Instrumentum sumi non debet ex ea scriptura, qua relatione habita ad protocolum appetat à Notario de ea re rogato, in numerum scripturarum protocolli relatam non esse.
- 10 Notario afferent de aliqua scriptura rogatum fuisse non creditur.

**S**ecunda autem † solemnitas seu perfectio publicorum Instrumentorum ea est, vt in protocollis reperiatur: & ideo facta diligent perquisitione si apparet in protocollo, ubi quamplures alii sunt contractus, & præsertim eiusdem temporis, illum de quo agitur non reperiiri, ei fides adhibenda non est, nec fidem facit: Quandoquidem vt inquit Petrus de Anchara. in consil. 431. num. 2. & 3. quando vere & probabiliter non constat illud esse protocollo, in quo scriptura aliqua reperitur; Vtique multo minus ei, quæ inde sumpta est, fides adhiberi debet, propterea quod ex infecta radice fructus perfecti non producuntur, cap. vulneratio. 1. quest. 1. Hanc piæterea conclusionem sequitur Nicol. Boerius in decis. 36. num. 3. & tradit Bertr. in consil. 218. num. 6. vol. 1. inquiens nulli instrumento credendum esse, cuius protocollo non exhibetur. Quod sane quando de eius fide dubitari contingit exhibendum est: & id ea præsertim ratione; quod ubique protocolla generali quadam notariorum consuetudine fieri consuecerunt, & ideo dicunt non valere instrumentum, cuius protocollo non reperitur, vt inquit Nicol. Mil. in suo repertorio, in verbo, instrumentum. §. instrumentum valet. & id probat authortate gloss. vt ibi. Suspicio † enim falsitatis instrumenti, pro falsitate habetur. l. iubemus. C. de probatio. Plane cum testamentum seu instrumentum quodlibet sit magni ponderis, & in eis plerunque fraudes fieri confluuerint, merito ad eorum perfectionem, & vt fidem faciant † plures solemnitates excogitatae & inductæ fuerint. l. hac consultissima. C. qui testamentum facere poss. & l. fina. C. de fideicommiss. & tradit Bart. in consil. 22. Et ideo si accidat, vt 4 carta † aliqua ab aliis codicibus & protocollis separata sit, ei fidem adhibendam non esse, nisi tenor duobus testibus ex numero adhibitorum probetur, vt ibi tradit Boer. num. 3. præterquam quod con-

trarium obseruat communis usus & practica notariorum, qui illud protocollo appellant. Quod † sane propriè dicitur, in quo breuiter & succinctè s Instrumenta notantur, vt deinde per ocium & vbi cùmque opus sit, latius extendantur. Inde dictum † protocollo, quod primum membrum vel potius prima membrana sit. Quando igitur, vt inquit eodem loco Boerius, instrumentum in domo notarij repertum non est, nec adsunt testes, nec reperitur originalis scripta instrumenti, ad quam recurri debet. §. fin. in Auth. de tabellio. & voluit Bald. in consil. 130. vol. 2. & Paul. Castrensi. in consil. 118. viss. ijs, quæ narrantur, & omnes late in l. contractus. C. de fide instrument. merito fidem non faciunt, vt voluit etiā Corn. in consil. 6. vol. 4. & Felin. in d. c. cum P. Tabellio, versic. secundò quaritur. Præterea hanc conclusionem sequitur Cassaneus super consuet. Burgund. §. 12. Rub. 10. in casu ii. & in consil. 63. num. 21. versic. item adhuc magis redduntur suspecta. dum vult instrumenta valde suspecta esse, quando protocolla reperiuntur, & ideo idem subdit Bald. voluisse in l. Cassius ff. de Senator. prout de eo meminuit Iac. à sancto Geminiano in l. fin. num. 28. C. de edicto divi Adrian. tollend. Et licet referat eundem Bald. sibi contrarium: dicit tamen pro prima opinione iudicari vidisse, videlicet, vt non credatur instrumento, nisi protocollo exhibetur, prout etiam firmauit Thom. Gram. in decis. 106. num. 37. inquiens instrumento credendum non esse, nisi in protocollo appareat. & idem voluit Rom. in consil. 174. vt ipse inquit, amplissime Doctor, col. fin. Et ideo inquit Gramma. consultura fuisse, nisi reperiatur instrumentum in protocollo, ei fidem adhibendam non esse, vt voluit Rom. in loco suprarelato. Præterea hanc conclusionem sequitur Alciat. in consil. 12. num. 8. versic. secunda ratio est. moueturque loquens de quadam recognitione ex eo quod probari non possit, quia in protocollo notarij non reperiatur instrumentum ipsum recognitionis: & ideo probatio valde dubia ac suspecta reddatur, per tex. in d. §. fin. num. 9. in Auth. de tabellio. subdens non referre si exemplum talis recognitionis in loco ubi anniversalia illius Ecclesie conservantur reperiatur: Quia cum tractetur de graui preiudicio, huiusmodi liber † anniversaliū, vt ipse ait, fidem non facit, vt ibi latius ipse prosequitur, & voluit etiam Bertran. in consil. 45. num. 8. & 9. vol. 7. & in consil. 173. questum est, vol. 6. Vnde dixit Menoch in consil. 42. num. 7. vol. 1. Instrumenta authenticæ ex protocollo tantum sumi, vt voluerunt Bald. in l. nostram. num. 3. C. de testam. & Curt. sen. in consil. 56. super processu. col. pen. & iterum Socin. in consil. 27. col. 3. & 5. vol. 2. & Paris. in consil. 28. num. 22. vol. 2. & in consil. 61. num. 3. vol. 3. & Boerius in quest. 252. num. 8. & Neui. in consil. 24. num. 8. in fin. & in consil. 26. num. 45. & refert Menochius in tract. de arbitr. iudic. lib. 2. centuria 2. casu 187. num. 2. cum seq. ubi expressè dicit protocollo in iudiciis fidem non facere: sumi tamen ex eis instrumenta authenticæ, quæ deinde in iudicium deducuntur & probant, vt voluit Cynus in l. contractus. C. de fide instrum. & Signorol. de Homo deis in consil. 224. in questione proposita. num. 1. & Castrensi. in consil. 3. viss. & ponderatus, quæ in princ. & Ang. in consil. 275. col. 2. Quæ † etiam protocolla scripta aut saltem subscripta manu eiusdemmet notarij, qui de illis rogatus est, esse debent, vt est receptio opinio, vt attestatur Ruin. in consil. 144. num. 2. & in consil.

# De Executionibus, Tractatus.

ii

confil. 159. num. 3. volum. 4. & in confil. 211. num. 13. vol. 2. & in confil. 11. num. 23. volum. 3. & Alexand. in confil. 153. num. 8. volum. 2. & late Paris. in d. confil. 28. num. 2. & num. 28. vol. 2. & Roland. à Valle. in d. confil. 44. num. 40. vol. 1. & Didac. Couarru. lib. practic carum quæst. cap. 20. num. 4. versic. 7. ad valorem. Et ideo redeundo ad rem nostram, † quando in protocollo non reperiatur scriptura, seu ut dicunt Bozza, cum ex eo sumi non possit, ut pariter etiam fidem non faciat, si inde sumatur, omnino dicendum est. Et ideo dixit Menochius in eodem confil. 187. num. 31. Instrumentum sumi ex ea scriptura non debere, quæ ad protocollo habita relatione, appetet à Notario in numerum scripturarum protocolli relatam non fuisse, nec esse. Et ideo magis tunc dicendum est, cum scriptura aliqua de qua dubitatur, continet annum & diem, & eiusdē anni & mēsis alia instrumenta in protocollo prædicto reperiuntur: illud autem de quo dubitatur, nequaquam; nam huiusmodi scriptura valde suspectæ cum sint, ut scribit idem Didacus lib. practic quæst. c. 19. num. 3. vers. quarto erit obseruandum. nulla ratione concedendum est, ut ex eis instrumentum authenticum sumi possit. Confirmat hanc conclusionem illud quod dicit Anchara. in confil. 431. præmissa sine allegationibus, in princ. dum inquit † etiam quod ipsem qui de aliqua scriptura confianda rogatus dicitur, de ea se rogatum fuisse dicat & attestetur, ei credendum non esse: & ideo instrumentum authenticum, quod fidem faciat sumi non posse: ex quo vt ibidem inquit Achar. scriptura illa in protocollo redacta non est, & ideo suspectam & vitiatam esse: nec illum notarii attestatione prodesse, cum ad naturam potius simplicis testimonii quam publica persona accedat ex quo de eius assertione ex abbreviatura, vt dicunt, seu protocollo non constet: Ergo eius assertioni in parciū detrimentum & dampnum credendum non est. c. quoniam, extra de probat. Et quod instrumentum non registratum nec in protocollo seu memorialia redactum non probet, videtur rursus voluisse Bart. in l. cunctos populos. C. de summ. Trinit. Et Corne. in confil. 118. num. 2. volum. 4. pariter dicit instrumentum de protocollo sumptum suas solemnitates non habente, tanquam ab infecta radice proneniens fidem non facere, vt voluit Anchara. in d. confil. 432. Debent namque protocolla omnes illas solemnitates contine-re, quæ in publicis instrumentis requiruntur, ut presupponit Iohann. Andr. in addition. ad Specul. in tit. de instrument. editio. §. videndum. versic. & nota, quod Tabellio. ibi latius tradit etiam Corne. Et Ruin. in confil. 51. num. 12. volum. 5. inquit instrumenta vt probent, protocollo scriptum esse manu illius notarii, qui illius instrumenti rogatus fuit, oportere ac necesse esse: Ab alio namque scribi non debet, vt habetur in §. nos autem, vbi tradit gloss. in Authen. de tabellio. & notant Specul. & Iohann. Andr. in §. instrumentum, versic. item pono quod non est confessum per eum, in tit. de instrument. edition. Et Bald. in Rubr. versic. sed tamen hic dubitatur. C. de fide instrument. vbi expresse dicit, Notarium protocollo propria manu scribere oportere, vt notant scribentes in cap. inter dilectos, extra de fide instrument. & Bald. in l. 1. §. ne autem. C. de cadue. tollen. & Imol. in cap. fin. extra de offic. deleg. & Angel. & Alex. in l. quædam. §. nihil. de eden. & Alex. rursus in confil. 41. col. 1. vol. 1. Et inter alias falsitatis

suspitiones notat Iohann. Cephal. in confil. 287. nu. 33. vol. 2. quod protocollo siue primæua & originæ scriptura non reperiatur: quandoquidem cum huiusmodi protocolli defectus insolitus sit, falsitatem arguit & præse fert, vt late tradit Cephal. in eodem confil. num. 26.

## C A P. VIII.

Argumentum constat ex Summario.

### S V M M A R I V M.

- Instrumentum sumptum ex protocollo non signato, & solitas solemnitates non habente, fidem non facit.

Tertia quoque solemnitas in eo versatur, vt ad faciendam fidem habendamque executionem instrumentum ex protocollo signato, alias que solitas solemnitates habente † extrahatur, alioquin fidem non faciat, & ex consequenti executionem non habeat: propterea quod vt inquit Corne. in confil. 94. nu. 4. vol. 4. vt aliis Notarius ex protocollo seu imbreuiatura alterius instrumentum aliquod sumere possit, vt protocollo sit authenticum, & à defuncto notario publicatum, qui illud confecit, necesse est, vt tradunt Doct. in d. c. cum P. Tabellio extra de fide instrum. & voluit Ang. in d. confil. 220. ibi enim filio Tabellionis cum speciali quædam concessione facultas sumendi instrumentum ex paternis protocollis concessa esset, ob id tamen illud ex protocollo seu imbreuiatura signo paterno & aliis solemnitatibus carente sumere non posse. Ad hoc igitur vt aliis Notarius ex protocollo alterius eiusve imbreuiatura instrumentum sumere possit, & fidem faciat, vt protocollo seu imbreuiatura authentica sit, & à Notario defuncto publicata, necesse est.

## C A P. IX.

### A R G V M E N T V M.

Instrumentum publicum requirit diei loci & mensis expressionem.

### S V M M A R I A.

- Instrumentum publicum ad integrum suam perfectionem expressionem mensis, diei & loci requirit, & an idem de loco loci dicendum sit. num. 2.
- Locus loci, quomodo exprimi dicatur.

Quarta præterea solemnitas in eo † versatur, quod dici, mensis ac loci nominatio accedere debeat, vt inquit Doct. in l. optimam. C. de contrahend. & commit. stipul. quæ tamen deficientibus aliis solemnitatibus nihil efficit. Præterea instrumentum, vt perficiatur & validetur loci expressionem, vbi confessum est requirat, voluit etiam Cynus quem sequitur Angel. in d. l. optimam, & est text. in cap. quoniam contrafalsam. ibi, loca designando, extra de probation. & tradit gloss. in cap. Abbat. sene, in vers. censetur. de re iudic. in 6. & in d. l. generali. C. de tabul. lib. 10. vbi etiam Bart. notat, & ante notauerat Specul. in tit. de instrum. edit. in §. instrumentum. vers. quid si locus. & Bald. in l. contractus. col. 3. vers. modo queritur. C. de fide instrum. & Ant. à Butr. & Abb. in cap. 1. eod. tit. Et ab hac sententia, vt scilicet locus principi-

- 2 principalis apponendus sit, nemo discrepat: Et † si de loco loci diuersæ extent opinones, inter quas ea magis communis est, vt locus loci exprimendus sit, vt inquit Bart. in l. de pupillo. §. qui nuntiat ff. de oper. noui nunciati. vbi latius prosequitur Alex. † Locus autem loci exprimi dicitur, si fortasse studium vel scriptorium vel thalamus fortasse exprimatur, vt inquit Natta in d. consil. 329. num. 1. cum sequentibus, volum. 2.

## C A P. X.

A R G V M E N T V M.

## Instrumentum &amp; contractus differunt.

## S Y M M A R I A.

- 1 Instrumentum à contractu differt, & in quo, & numero 14.
- 2 Continens aliud est, aliud contentum.
- 3 Contractus quid sit.
- 4 Instrumentorum appellatione papyrus vel membrana continetur.
- 5 Contractus continet id, quod partes agunt.
- 6 Falsitas instrumenti falsitatem contractus non presumit, nec inferit.
- 7 Instrumentum fit, & inductum est ad probandum contractum.
- 8 Instrumento renuncians, debito renunciare non intelligitur, sed probationi ipsius instrumenti tantum.
- 9 Statutum annullans instrumentum, non annulat contractum.
- 10 Iurans seruare id, quod statuto continetur, non liberatur iureiurando, etiamsi statutum reuocetur, aliter vero si iuretur seruare statutum.
- 11 Contractus donationis ab instrumento donationis differt: Vnde si instrumentum non subsistat, contractus donationis inter viuos duobus testibus probari potest.
- 12 Probari potest veritas rei testibus.
- 13 Notarius qui de instrumento confiendo rogatus fuit, vt testis examinari potest, & quando id sit.

**I**nstrumentoru quoniam in hac executionu materia s̄a pe mentio facienda est, illud adnotandum est, † instrumenta & contractus plurimum inter se differre, vt inquit Tiraquell. in tract. de retral. lignagier. §. 2. gloss. 1. num. 1. cum sequen. Aliud enim est instrumentum, † & aliud contractus, prout etiam aliud est continens, aliud contentum, † l. rerum mixtura, & l. eum qui ades. ff. de ysucaption. Plane instrumentum dicitur scriptura notarii partium conuentione continens: contractus vero ipsa conuentio, quæ continetur, vt inquit Bart. in l. si quis legatum, col. 2. vers. adverte appello. ff. ad legem Cornel. defals. dum expresse inquit, Instrumentum † papyrum ipsum appellare illud continens quod partes agunt: Contractum † vero id ipsum, quod partes agunt, vt puta emptionem, venditionem, locationem & similia, vt inquit Alex. in consil. 122. col. in princ. volum. 2. & Bertachi. in tractat. de galbel. in 6. parte, num. 6. propterea quod contractus respicit partes, instrumentum vero notarium. Suntque † hæc adeo inter se diuersa, vt falsitas instrumenti contractus falsitatem non inferat: Nam

stant hæc simul, vt instrumentum sit falsum, contractus autem verus, vt inquit Socin. in consil. 2. in princip. volum. 3. & in consil. 32. col. 2. eodem volum. Fit † enim instrumentum ad probationem contractus, qui in instrumento continetur, l. contrahitur ff. depignor. non ad substantiam essentiamve ipsius contractus, vt ait Paul. Caſtreñs. in consil. 101. in princ. secundum antiquam impressionem. Vnde dixit Baldus in l. Labeo. §. 1. versic. quid si quis. ff. de pact. eum, qui † instrumento renunciat, debito renunciare non intelligi, sed probationi tantum ipsius instrumenti, per text. in l. 3. C. de fide instrument. & eum sequitur Decius in cap. cum venerabilis, numero 17. extra de exception. & in consil. 17. colum. fin. & in consil. 169. Vbi etiam dixit, statutum † instrumentum annullans, contractum non comprehendere, ob id quod valde diuersa sunt, & ex diuersis non fit illatio, vulgata l. Papinianus exuli. ff. de minor. & tradit Rolan. à Valle in consil. 43. numero 18. cum sequen. volum. 3. & Imola, Cuman. Caſtreñs. & alii in l. serum filii. §. cum qui chirographum. ff. de l. 1. & Alex. in consil. 170. colum. 2. in princ. vol. 7. & Socin. in consil. 92. colum. 6. vers. primum probatur, vol. 3. & Felin. in c. capitulum, colum. 15. in princip. extra de rescript. Vnde etiam est, vt si quis † iurauerit id seruare, quod in statuto continetur iureiurando non liberetur statuto reuocato: Secus vero si statutum seruare iureiurando promiserit, vt inquit Bal. in l. prælud. feudo. col. 5. vers. item nos dicimus. Et licet Ias. in d. l. Labeo. Bal. reprehendere & increpare aliqualiter videatur, nec non & Aymon Crauet. in consil. 290. nu. 6. Opinio tamen verior videtur, vt constat ex iis, quæ scripsit Crotus in l. sciendum, num. 46. ff. de verborum obligat. Et ideo cum aliud sit contractus † donationis, & aliud donationis instrumentum, consequēs est, vt licet instrumentum ipsum ob omissionem probatoriae solemnitatis non valeat, & si iureiurando firmatū sit: donation tamen ipsa seu contractus donationis inter viuos duobus testibus probata: qui quidem de iure communi sufficiunt ad eius perfectionem. l. vbi numerus. ff. de testib. vt voluit etiam Corn. in consil. 126. col. 2. vol. 1. & Socin. iun. in consil. 21. num. 12. vol. 2. & Brunus in tractat. de form. §. de potentia & affectibus formæ, colum. 5. & Rolan. à Valle in consil. 40. in princip. volum. 1. subsistat & valeat non secus, ac si instrumentum ipsum donationis validum fuisset omnesque suas solemnitates receperisset, vt voluit Caſtreñs de donatione ipsa loquens, in d. consil. 101. colum. 2. & Ripa in Respons. 9. col. 2. in versic. vnum non omitto, in 3. parte, vbi & ipse de donatione loquitur. Et Alex. in consil. 170. col. 2. in princ. vol. 7. & in consil. 184. col. 1. eod. vol. 7. inquiens, extante statuto deponente instrumento fidem adhibendam non esse, nisi à secundo Notario subscripsum fuerit, posse tamen contractus in eo existentes testibus probari, vt inquit Decius in consil. 17. col. fin. & in consil. 169. col. 2. versic. & ideo tale mandatum. & Bertach. in loco predicto, & Crotus in d. l. sciendum, nu. 46. Et Alcia. in c. cum contingat, nu. 95. vers. 3. Dum ait, licet vbiunque lex ratione solemnitatis probatoriae contractum improbat iuriandum defecit illum non suppleat; id tamen non procedere, cum aliter iuramentum præstitum fuisse probaretur. Potest † enim veritas rei, quæ deficiente solemnitate instrumento non probatur, instrumenti testibus probari vel aliis in iudicio examinatis,

# De Executionibus, Tractatus.

13

tis, vt ibi tradit Abbas. Inter quos quidem testes  
13 etiam † notarius, qui de instrumento conficiendo  
rogatus fuit, examinari potest, vt inquit Castr. in  
d. consil. 101. col. 2. quem sequitur Decius in d. consil. 17.  
colum fin. & Alexand. in d. consil. 184. & facit etiam il-  
lud, quod tradit Alexand. in consil. 153. col. fin. versic.  
nec obstat, volum. 2. dum inquit communiter terti, i  
quod vbi agitur de testibus actum quempiam pro-  
bando non autem instrumento, tabellionem in  
numero testium comprobari. l. Domitius, vbi Bart.  
expresse ff. de milit. testam. Secus autem si de proban-  
do actum instrumento tractetur, propterea quod  
tunc in numero testium non comprobatur. l. hac  
consultissima, vbi glos. & Doct. C. de testam. & iterum A-  
lex. in consil. 146. col. 2. in fin. vers. nec ad hoc eod. vol. &  
Signoro. de Homod. in consil. 66. col. 3 circa finem, vers. præ-  
terea. & Paris. in consil. 34. num. 44. vol. 1. & in consil. 51.  
col. 1. vol. 3. vbi attestatur hanc esse Doctorum communem  
14 opinionem. Præterea quod aliud sit † instrumentum, & aliud contraetatus, tradit Neutiza. in consil. 94.  
num. 4. & Purpura in Rub. ff. de iuri dict. omn. iud. num.  
21. & Affl. in constitut. consuetudinum, col. 2. post me-  
dium & Rom. in consil. 77. in fin. & Panor. in consil. 74. in  
fin. volum. 1. & Ias. in l. si ita stipulatus fuerit, si Titius. §.  
Chriogonus. num. 54. ff. de verbis. oblig. & de probatione  
per testes, tradit ibidem Neutiz. idem quoq. voluit Bello-  
nus in consil. 22. num. 6. & 7.

## C A P. XI.

A V G V M E N T V M.

Instrumentum vulgariter pro  
contraetatu sumitur.

### S V M M A R I A.

- 1 Contractus appellatione instrumenta comprehen-  
duntur, vt suadet communis v/s loquendi.
- 2 Vulgi appellatio pro iure habetur.

Supradicta conclusio, in qua diximus, instru-  
mentum à contraetatu differre, & alterum ap-  
pellatione alterius non comprehendendi, limitatur  
1 eis in locis, † vbi communis v/s loquendi aliud  
suadet: Plerisque namque in locis instrumentum  
pro contraetatu accipitur, & econtra contractus pro  
instrumento: id quo hic Florentia ego sèpē ob-  
seruaui. Nam qui folia in quibus contractus conti-  
nentur manibus gerunt, sèpē se contractus habe-  
re, cum sint instrumenta, dicunt, & ideo si reperiā-  
tur leges vel statuta municipalia vbi talis v/s ver-  
satur, quæ de instrumentis loquuntur, ad contra-  
etatus quoque extendi debent. l. librorum. §. quod tam-  
en Cassius ff. de leg. 3. & l. Labeo. vbi Bart. ff. de suppell.  
lega. & c. ex literis, il. extra de sponsal. & c. quamvis. vbi  
Butrius, & Panorm. extra de verb sign. & c. quanquam,  
vbi Geminia. 2. quest. 7. & glos. in cap. nonnulli, in verbo,  
duas dietas, in princ. extra de rescript. & Bart. de statutis  
loquens in l. 1. in princ. ff. de suis & legit. & Bald. in consil.  
139. factum tale est, D. ante finem vol. 2. vbi etiam id in  
statutis procedere ait. & in consil. 184. statuto ciuitatis  
2 Verona. post medium eod. vol. 2. inquiens, † vulgi ap-  
pellationem pro iure haberi. & in consil. 414. quedam  
sunt locutiones, ante fin. vol. 3. & Rapha. & Paul. Castr.  
expresse pariter de statutis loquentes in l. cum qui-  
dam. §. cum dicitur ff. de acq. her. & Rapha. Fulg. qui &  
ipse de statutis loquitur, in consil. 119. proponitur col.  
vlt. & late Tiraq. in tract. de retract. lignagier. §. 2. glos. 1.  
1. num. 3.

nu. 5. vbi id etiā in materia exorbitanti & correctio-  
rial locum habere arbitratur, prout etiam expresse  
voluit Ang. Aret. in §. 1. in fin. Inst. de legit. agnat. suc-  
cess. & Matthes. in notab. 96. vnum mirabile, & Decius  
in consil. 440. queritur, colum. 2. vers. & ad hoc facit, cum  
alii concordantibus adductis à Felino in proœm. Decreta.  
col. 2. vers. ex quibus. & col. 4. vers. & adde.

## C A P. XII.

A R G V M E N T V M.

Instrumenti dictio in statuto an  
comprehendat contraetatum.

### S V M M A R I A.

- 1 Statutum loquens de instrumento, non extendit ad  
contraetatum, vel econtra.
- 2 Statutum prohibens opponi posse contra instrumentum  
nisi exceptionem falsitatis, videtur repellere il-  
lum qui opponeret, quod contractus de quo fit men-  
tio in instrumento, non est contractus.
- 3 Gabella non soluitur ex contractu facto sine instru-  
mento, si statutum iubeat, solui ex quolibet instru-  
mento.

V Erum redeundo ad rem nostram, comproba-  
tur conclusio prius constituta, quod instru-  
mentum differat à contraetatu ex eo, quod tradit Alex-  
and. in l. seruum. §. eum qui chirographum ff. de leg. 1.  
dum voluit authoritate Bald. in l. fin. C. de fals. cauf. ad-  
iecta legat. statutum loquens † de instrumento, ad  
contraetatum non extendi: vel econtra so statutum  
loquens de contraetatu ad instrumentum. Id quod  
sequitur Arichat. in cap. canonum statuta. in versic. iu-  
xta hoc membrum queritur, vtrum possit, &c. extra de  
constitution. & ita videtur intelligere etiam Bart.  
in l. 1. §. & parui. ff. quod vi aut clam. dum ait, statutum  
† prohibens contra instrumentum opponi ullam  
exceptionem, præter falsitatis, eum etiam repelle-  
re censi, qui opponit contractum de quo fit  
mentio in instrumento contraetatum non esse, ob  
id quod simulatio interuenerit: Nam hic oppone-  
re non dicitur, productum nō esse instrumentum:  
potest tamen opponere instrumentum productum  
non esse instrumentum: vt quia in eo deficiat ex-  
pressio anni Domini, vel alia quælibet ex solemniti-  
bus supra relatis. Rursus hoc idem firmat Bald.  
in l. fin. in fin. C. plus valere, quod agit. & in l. cum preci-  
bus. C. de probat. & in l. fin. §. in computatione. C. de iure  
delib. & Butr. in cap. cum quis, extra de restit. spoliat. &  
Imola in l. fin. C. quib. appell. non licet. & Saly. in l. ita  
pudor. C. de adult. & Castr. in l. fin. ff. de constit. pecun.  
& facit illud, quod iterum notat Bald. in l. Labeo. §. 1. ff. de  
pact. Accedant etiam ad prædicta ea, quæ dicit  
Imola in consil. 17. in causa, paulo ante finem, dum in-  
quit, † stante statuto disponente gabellam ex quo-  
libet instrumento solui debere, eam pro contraetatu  
sine instrumento confecto soluendam non esse, vt  
inquit etiam Tiraq. in tract. de retract. lignagier. §. 2. glos.  
1. num. 3.

## C A P. XIII.

A R G V M E N T V M.

Instrumenti dictio in statuto non  
comprehendit simulatum.

B

S V M M A

## S V M M A R I A.

- 1 Statutum loquens de instrumento, instrumentum simulatum non comprehendit, quando verum sit.
- 2 Effectu caret & nomine.
- 3 Statuta ubi in qua sunt recurrunt ad forum Ecclesie.
- 4 Iustitia positiva, quæ dicatur.

**D**icimus præterea, prosequendo rem proposi-  
tam, statutum loquens de instrumento, ad  
instrumentum simulatum non extendi, ut dixit  
Bald. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. Ratio  
autem est, quia instrumentum simulatum, verum  
instrumentum dici non potest: & hanc conclusio-  
nem resert & sequitur Barbat. in consil. 27. num. 17. vol.  
1. & in consil. 7. num. 3. vol. 2. & in consil. 53. num. 13. eod.  
vol. 2. per text. in l. si quis aliquid. §. testamentum. ff. de  
pœn. & l. 2. §. 1. ff. quemad. testam. aperian. Id nam-  
que, quod effectu caret, nomine etiam carer. l. cum  
cum precibus. C. de probation. nisi statutum expresse  
remoueat simulationem: & eo tamen casu propter  
iniquitatem statuti, ut inquit ibi Bald. ad forum Ec-  
clesiasticum recurrentum est. At secus est si statu-  
tum exceptionem simulationis non amoueat, sed  
tempus aliquod certum & determinatum ad eam  
probandum constituat. Eo namque casu in inqui-  
tate, quæ nō est, vis fieri nō potest: Quandoquidē  
iustitia & positiva appellatur, ut est text. in l. 1. §. ini-  
tiū m. in versic. Prater ratus. ff. de postulat. & facit illud,  
quod rotat Bart. in l. 1. §. 1. ff. quod vi, aut clam. & illud  
quod voluit Bal. in l. frans. ff. de legib. & in l. sub specie. C.  
de postul. & in l. 2. C. de cunuc. & in l. 1. C. de suffra. & in l.  
mutum. C. si quis alteri, vel sibi. & in l. non dubium. C.  
de leg. & tradit Ang. in l. emptor. ff. de aq. plu. arcen. & in  
l. 1. §. si vir vxori. ff. de acq. poss. Præterea rediunctio ad  
principalem conclusionem, quod statutum loquens  
de instrumento, in instrumento simulato locum  
non habeat, sed de vero intelligitur, rursus firma-  
uit Barbat. in c. ad nostram, num. 8. extra de emption. &  
rendition. & Roland. à Valle in consil. 28. num. 9. vol. 3. &  
eredit Tiraq. in tract. de retract. lignagier. §. 1. glos. 2. nu.  
§. cum seq. & etiam nu. 14.

## C A P. XIV.

## A R G U M E N T U M.

Contractus verbum in statuto an  
comprehendat Quasi contractum.

## S V M M A R I A.

- 1 Statutum loquens de contractu, an extendatur ad  
quasi contractum.
- 2 Tutele actio prouenit à quasi contractu.
- 3 Tutele appellatione quasi contractus continetur.
- 4 Statuto si caueatur, ut mulier sine consensu duorum  
consanguineorum contrahere non posse, an possit  
quasi contrahere.
- 5 Obligationis oppositione quo ad sortiendum forum  
quis contractus continueatur.
- 6 Statutum disponens ut de quolibet contractu gabel-  
la soluatur, in quasi contractu locum non habet.

**P**otest hoc loco dubitari, an in casibus in qui-  
bus statuta & executionem concedentia de  
contractibus loquuntur etiam quod de instru-  
mentis loquantur, contractus quoq; comprehen-  
dere intelligentur, vel quasi. Qua de re cum va-  
riæ extant opiniones, animaduertendum est Al-

ber. de Rosate in tract. de statu lib. 1. quest. 100 existi-  
masse in primo dubitationis ingressu, ut ad quasi  
contractus extendantur dicendum videri: ea po-  
tissimum ratione, quod tutela receptione tutor  
quasi contrahere cum pupillis dicatur, & videatur,  
per text. in l. 1. in princ. ff. de action. & obligat. Vbi Ac-  
cursius expresse voluit sub contractu quasi contra-  
ctum contineri: sed actio & tutelæ oritur ex quasi  
contra-ctu. l. ex maleficio. §. tutela. cod. tit. Ergo & sub  
statuto de contractu loquente quasi contractus  
comprehendatur & continueatur, dicendum est.  
Facit præterea ad hoc text. in l. cum aliquis. ff. de neg.  
ges. nam videtur expressum & appellatione con-  
tractus, tutelam contineri. l. sex contractibus. ff. de  
actio. & obligat. & hanc opinionem videtur tenere An-  
gel. Aret. in §. omnium. Instit. de action. Eandem op-  
inionem teruit Ias. in d. §. omnium. num. 35. motus ea  
ratione, quod verba in statutis proprie intelligi de-  
deant. At proprie appellatione contractus quasi  
contractus non comprehenditur: & ideo dicebat  
ad verba statuti animaduertendum esse: Quando-  
quidem si statuto & caueatur, mulierem sine con-  
sensi duorum propinquorum contrahere non  
posse, poterit tamen quasi contrahere, & sic  
adire sine consensu propinquorum. At secus esse  
statutum disponat, sine consensu dictorum pro-  
pinquorum obligari non posse: eo enim casu ut mu-  
lier sine solemnitate statuti quasi contrahere, &  
ex consequenti adire non possit arbitratur: ratio  
autem est, quia obligaretur contra dispositionem  
statuti. Quod autem quando statuto cauetur, ut mu-  
lier nō possit contrahere sine duorum consanguineo-  
rum consensu, possit tamen adire hereditatem, tra-  
dit Ias. in d. §. omnium. num. 36. & dicit ita tenere Bart.  
in l. apud Julianum. §. fin. ff. ex quib. caus. in possess. eatur.  
eandem rationem, quod adire hereditatem sit im-  
propriæ contrahere, statuta autem proprie intelligi  
debent, ut ipse inquit, voluerunt Bald. & Imola  
in l. mutuum. §. 1. ff. de acq. her. Ad quod optime facit  
illud, quod voluit Abb. in l. fin. extra deforo compet.  
post gl. ibi. dum vult, quod licet & quo ad sortiendum §  
forum omnis obligatio pro contractu habeatur, si  
tamen statutum de contractu mentionem faciat:  
de contractu ultro citroq; obligatorio intelligentia  
dicitur: & ex consequenti de contractu proprie  
accepto. l. Labeo. §. contractum. ff. de verb. sign.

Contraria vero opinione primus tenuit Alb.  
de Rosat. predictus in ead. quest. 100. lib. 1. de statut. vbi  
de tutele loquens inquit, vere esse & proprie pro-  
cedere à quasi contractu, & ideo speciem esse di-  
stinctam & separatam à contractu, & ideo appella-  
tione contractus non contineri. Id autem huius-  
modi confirmat argumento: Hæres eodem mo-  
do quo defunctus ex contractu tenetur. l. ea §. fin. &  
l. hoc iure. §. fin. ff. de reg. iur. Sed aliter dicitur de tute-  
la, cum tutor de dolo, lata culpa & leui teneatur. l.  
quicquid. C. de arbit. tute. eius vero hæres de leui cul-  
pa non tenetur. l. 1. C. de hered. tutor. & l. fin. C. de fide-  
iuss. tutor. Ergo. Et ideo dixit Dynis statutum ad  
quasi contractus non extendi: propterea quod spe-  
cie à contractibus differunt. Et generaliter loquen-  
do, quod statuta de contractibus loquuntur, ad quasi  
contractus non extendantur voluerunt etiam Ang.  
in consil. 302. viss. & diligenter inspectus, col. 1. & Ale-  
xand. in consil. 8. viss. subtilissimis disputationibus, in  
fin. volum. 3. Dum ait, statutum loquens de debi-  
to ex

# De Executionibus, Tractatus.

15

to ex contractu, in debito ex quasi contractu locum non habere, prout voluit etiam Corne. in consil. 20. licet in praesenti, col. 1. & iterum col. 6. vol. 1. inquietus statutum producens præscriptionem debiti ex contraetu ad debitum ex quasi contractu non extendi: & Franc. Aret. in l. si tibi pecuniam. in 4. nota. ff. si cert. pet. inferens ex prædictis, statutum dispensans, † vt de quolibet contractu gabella solai debeat, in quasi contractum locum non habere arbitratur: id quod dicit etiam ut supra vidimus Firmian in tract. gabella. in 3. quæst. 8. q. princ. Et pro hac parte dicit Tiraq. in tract. de legib. connubia. in gloss. 3. in verbo, contracter. num. 113. facere illud, quod dicitur de iure etiam communii, leges de contractu loquentes in quasi contractu nō procedere, nec locum habere. l. 2. §. omnes. ff. de ind. vidui. tollen. & l. de eo. eod. tit. & est etiam tex. in l. 1. §. tutor. vers. si. iure. ff. de fals. Vbi habetur expresse interdicto à lege contractu, non propterea interdictam censeri hæreditatis aditionem: & ea ratio est, de qua supra s̄epe dictum est, quod appellatione contractus quasi contractus nō comprehendatur, nisi largissime contractus accipiatur, vt inquit gloss. c. fin. in vers. seu contractus, & ibi tradit Panorm. extra deforo compet. Si igitur id in legibus de quasi contractibus loquentibus, vt ad quasi contractus non extendantur locum habet: certe multo magis idem de statutis eodem modo loquentibus dicendum est, quæ stricte & proprie intelligenda sunt. l. 1. §. is qui nauem. ff. de exercit. actio. cum similibus.

## C A P. XV. A R G V M E N T V M.

Mulier statuto prohibita contrahere sine propinquis, an possit quasi contrahere.

### S V M M A R I A.

- 1 Statuto disponente, vt mulier sine consensu duorum consanguineorum vel propinquorum contrahere non posse, an quasi contrahere posse, & sic hæreditatem adire.
- 2 Vnica ratio quando reddi potest tantum ab ea extensiu arguatur.

Proprius ad particularia descendendo, & illud iterum pertractando quod supra de statuto diximus disponente, vt mulier sine consensu duorum consanguineorum seu propinquorum contrahere nō posse, an ei quasi contrahere & ex consequenti sine eorum consensu hæreditatem adire licet: Quoniam ex supra relatis appetit varias hædere esse opiniones: merito id diligentius pertrahare satis oportunitum erit. † Bart. namq; hac de re in l. more, in princ. ff. de acquir. hæred. pro vtraque parte argumentatur, & primo loco stante huiusmodi statuto, quod mulier sine prædictorū propinquorum seu consanguineorum consensu adire hæreditatem possit, concludere videtur, ob id quod adire, contrahere nō est, sed quasi contrahere: Econtra vero probando contratiam opinionem, inde mouetur, quod pro contractu omnis obligatio accipiatur. d. l. omnem. ff. de iudic. mulier autem adeundo se obligat. Verum Bart. eo in loco, licet vt dixi ad vtramq; partem arguat, cum nihil tamen determinet, nec firmet. Rursus in d. l. mutuū. §. 1. ff. de acq.

hæred. ad aliquam determinationem accedens, in eam partem, vt mulier sine prædictorum consensu hæreditatem adire non possit descendit, per text. in d. l. more, in princ. ff. de acq. hæred. cuius opinione in sequutus etiam est Ias. in d. §. omnium, nu. 37. & 38. cum sequen. Inst. de action. & mouetur ea ratione, † quod 2 vbiunque in statuto vnicā tantum ratio reddi potest, illa pro expressa habeatur, & ab ea extensiu arguatur, vt inquit Accurs. in l. quamvis. C. de fideico. vbi inquit Bart. non esse extensiu sed intelleciuum interpretationem, prout voluit etiam Bald. in l. maximum vitium, col. 4. in fin. C. de libe. præter. & rursus Bald. in l. fin. ff. de hæred. inst. & Imola in 4. col. & Bald. iterum in authent. quas actiones col. 2. quæst. 4. C. de sacro sanct. eccles. & Cuman. & Castrens. in l. si vero §. de viro ff. soluto matrim. & rursus tradit gloss. in clement. 1. in versic. eligatur, extra de election. Cum igitur huiusmodi statuta de consanguineis in contractibus mulierum adhibendis ea tantum ratione confecta fuerint, ne mulieres decipientur, vt est text. in l. transactionem, quem ibi ad hoc notat Bart. C. de transaction. que pariter cumque ea tam in quasi contractu & sic in hæreditatis aditione, quam in contractu locum habere videatur, vt statuta huiusmodi ad quasi contractus extendantur, dicendum putavit.

Verum quicquid dixerit Ias. eo in loco, contraria opinio, vt scilicet ad quasi contractus non extendantur, & ex consequenti sine consensu consanguineorum, adire possint, frequentioribus calculis receptum est, vt inquit Tiraquellus in d. tract. de legib. connub. in gloss. 3. in verbo, contracter. num. 111. eam enim sequuntur Bart. in d. l. apud Julianum. ff. ex quibus caus. in possess. eatur. & Bald. in l. 1. in princ. ff. de de contract. iudi. tut. & in l. mutuum, vbi etiam tradunt Angel. Imola. Cuman. Alexand. & Aret. ff. de acquir. hæred & rursus idem Angel. Imol. Cuman. Christoph. de Castel. & Alex. in d. l. more, eod. tit. & iterum Angel. in consil. 317. statutum quod mulier, & Panor. c. qua fronte, col. 1. extra de appell. vbi inquit id notandum esse, & in c. cum ecclesia, col. 2. versic. ex quo notatur, extra de immunit. eccl. & in consil. 71. quinq. dubia, col. 2. versic. Sed his non obstantibus, vol. 1. & Fulg. in consil. 98. viss petitionibus, col. 2. vers. & cum eius. & Mathefi. in nota. 168. nota quod hac differentia, & Angel. Aret. in §. neque. col. 2. Inst. de author. tutor. & in §. omnium. col. 4. vers. & sicut iam facit, vt supra deduximus, vbi etiam Lud. Gomez col. 8. vers. sed maior est. Inst. de aet. & Alex. in l. si quis mibi. §. fin. ff. de acq. hæred. & in consil. 76. viss dubitationibus, col. 3. vol. 5. & in consil. 207. ponderatis, col. 2. vol. 6. & Corn. in consil. 337. dictos actores. col. 3. versic. v. lendum est, & Calca. in in consil. 1. viso consilio, col. 14. & iterum in consil. 74. quod dictis filiabus, col. 10. & Ias. sibi contratis, in l. possideri, in princ. nu. 14. ff. de acq. poss. qui dicit hanc opinionem esse magis communem. & Ant. Nicbo. in concordantiis contrarietatum Bart. concorda. 3. & Ripa in Rub. de caus. possess. & propriet. col. 7. vers. secundo inferatur. & Alciat. in l. Labeo, in verbo actum. ff. verb. sign. Ex quibus manifeste appetit hanc conclusionem à maiori Doctorum nostrorum parte frequentioribus calculis receptam & approbatam fuisse.

C A P. XVI.  
A R G V M E N T V M.

Contractus verbum in statuto an comprehendat distractum.

## S V M M A R I A.

- 1 Statutum loquens de contractu, an locum habeat in distractu.
- 2 Contractus & distractus iustum titulum inflamre causam ad præscribendū & vsucapiendum præbet.
- 3 Contractus & distractus pariter faciunt, vt quis vbi contraxit vel distractus forum sortiatur.
- 4 Statutum mandans contractum mulierum sine insinuacione non valere in simplici liberatione locum non habet.
- 5 Statutum disponens de quolibet contractu gabellam soluendam esse non habet locum in distractu.
- 6 Statutum loquens de renuntiatione, non comprehenditur sub dispositione statuti, quod de quolibet contractu gabella soluatur.

**C**onuenit cum præcedenti conclusione, an statutum † de contractu loquens, in distractu locum habeat? In qua Igneus in authent. sacramenta puberum, num. 66. C. si aduers. vendition. inquit, in distractu quoque locum habere arbitrari. Moute-  
2 tur autē ea ratione, quod sicut † contractus iustum titulum iustamē causam ad præscribendum vel vsucapiendum præbet, ita etiam distractus, vt puta liberatio. I. Pomponius. §. si i. qui precajio. ff. acquirend. possess. vbi notant etiam Angel. Imola, & recentiores. Confirmat præterea Igneus eandem suam opinionem ex eo, quod sicut videmus, contra ētu  
3 † quempiam eo in loco vbi contraxit forum sortiri, cap. Romana, vbi tradunt Doct. de foro compet. lib. 6. ita etiam distractu. l. exigere, vbi Bart. & alii. ff. de iudic. & l. quo loco, vbi Bart. ff. de condic. indeb. & late tradit Bart. quem sequitur Igneus in l. i. C. de summa Trinitat. Limitatur autem, vbi est eadem ratio, vt voluerunt Bart. Bald. & alii communiter in l. si vnu. §. pa-  
cūtus ne peteret, colum. 4. ff. de pact. & Bald. in Rubr. & in l. i. C. de pact. & Bald. in l. pactum quod dotali, in quest. 31. vbi etiam Roman. C. de collation. statutum loquens de contractu in liberatione, locum habere & in renuntiatione, propterea quod identitas imilit rationis.

Contraria vero opinionem tenet Tiraquelius in codem tract. de legibus connubialibus, gloss. 3. in verbo, contracter, num. 1. cum sequent. per ea que voluit Baldus in l. siue apud acta, col. 1. versic. vltius nota quod contractus. C. de transaction. inquiens statutum † man-  
dans non valere contractum mulierum sine insinuacione in simplici liberatione locum non habere & cum sequitur Alex. ibi, & in d. l. more, col. 2. ff. de acquirere, hæred. & las. in consil. 53. in qua siue, circa finem, volum. 1. Confirmaturque etiam ex iis, que voluerunt Bart. Bald. & recentiores in l. ab emptio-  
ne. ff. de pact. dum dicunt, statutum † disponens ga-  
bellam de quolibet contractu soluendam esse in distractu locum non habere, prout rursus voluit Bald. in l. i. colum. 2. versic. quid est ergo. & ibi etiam Salicet. & Castren. colum. fin. C. quando liceat ab exemptione. disced. & iterum Bald. in l. si donationis, in fin. C. quod met. caus. & in l. tres fratres, in 3. not. ff. de pact. vbi cum loquatur de renuntiatione, † negat comprehendendi sub huiusmodi statuti dispositione, & idem Bal. post Cynum in l. 3. §. contrarium, in fin. ff. de contrario iud. tu-  
te. & Angel. in consil. 94 pro parte affirmativa, col. 5. ver-  
sic. videndum igitur restat. & idem Angel. & Imol. in l. si homine ff. de vsucap. & Alexand. in l. Pomponius. §. præ-  
terea. colum. 2. vbi etiam Aret. qui eam legem, cum §. cum

quis legit, in 3. notab. & iterum in fin. ff. de acq. posses. & iterum Aret. in eadem l. 1. §. in dotem, post principium. & idem Alex. in d. l. apud acta, col. 2. C. de transact. & Bart. in l. si ita stipul. col. 1. ff. de verb. oblig. & Felin. in c. querela-  
lam, col. 1. vers. item ex hoc nota, extra de simon. & Curt. sen. in authent. sacramenta puberum, num. 42. & sequen.  
G. si aduers. vendit. Verum quia Tiraquellus, quando statutum loquitur de contractu, habeat vel non habeat locum in distractu, latissime tradit in d. tra-  
ct. de legibus connubial. in verbo, contracter, in gloss. 3.  
num. 1. cum multis sequentibus: merito me breuitatis causa, & ne idem repetamus, ad ea quæ ipse ibi di-  
cit, me refiero.

## C A P. XVI.

## A R G U M E N T U M.

Contractus nominati verbum in statutis an comprehendat Innomi-  
natum?

## S V M M A R I A.

- 1 Statutum loquens de contractu nominato non procedit in contractu innominato.
- 2 Contractus innominati regulantur secundum natu-  
ram contractuum nominatorum, quibus compa-  
rantur.
- 3 Contractus innominatus mixtus & aliqua ex parte  
conuenit cum contractu nominato, non tamen  
comprehenditur sub dispositione statuti simpliciter  
de statuto generaliter nominato loquente.
- 4 Statutum loquens de mulieribus non extendit ad  
personas mixtas, & sic ad hermaphroditum.
- 5 Statuta seu feudorum consuetudines hermaphrodi-  
tum non includunt.

P Rosequendo rem propositam, illud etiam ad-  
nectendum est, statutum † loquens de contra-  
ctu nominato ad contractum innominatum non  
extendi, propterea quod diuersi sunt, diuersamque  
speciem & naturam habent, & ideo ex diuersis illa-  
tio non fit. I. Papinianus exult. ff. de minor. & in specie  
tradit Alex. in consil. 76. viss. dubitationibus, in l. dubio.  
vol. 5. vbi arguendo à maiori dicit, † quod licet con-  
tractus innominati secundum naturā contractū  
nominatorum, quibus comparantur regulari so-  
leant. l. i. §. si quis seruum. ff. depos. & l. cum qui. §. 1. ff. co-  
moda. & l. naturalis. §. fin. ff. de prescrip. ver. Hoc tamen  
statutum ad contractum innominatum non exte-  
di, etiamsi ei aliqua ex parte conueniat & similis sit.  
Et ideo magis dicendum est, si huiusmodi statutum  
corrigat ius commune, vt refert & sequitur Natura  
in consil. 609. nu. 16. & 17. vol. 3. subdens autoritate A-  
lex. in eod. consil. quod quando contractus innomina-  
tus est mixtus, † & aliqua ex parte conuenit cum  
contractu nominato, non tamen ob id sub disposi-  
tionē statuti simpliciter de statuto nominato non  
comprehenditur. Et ratio est, quia statutum, que-  
libetve alia stricti iuris dispositio de casu simplici  
loquens, in casu mixto locum non habet. l. vim pas-  
sam. §. prescriptione. ff. de adult. & satis probatur in l.  
quid ergo. §. 1. vers. ex sententia. ff. de his qui not. infa. iun-  
cta. l. §. si is qui. ff. de exercit. & voluit Bar. post lac. Butr.  
in l. certi. condicō. §. quoniam. ff. si cert. petat. & Bald. in  
l. omnes populi. col. 7. vers. item si statutū dicat. ff. de iust.  
& iu. vbi vult, statutū disponēs † vt in contractu mu-  
lierum, propinquorū consensus requiratur in per-  
sona

# De Executionibus, Tractatus.

17

Sona mixta nō procedere, videlicet in hermaphroditō, per text. in l. hoc legatum ff. de legat. 3. & Bal. in §. omnium, post principium. Institut. de action. & in consil. 237. quidam magnificus, paulo ante finem, volum. 3. in quiens statuta † siue feudorum consuetudines feudum ad masculos descendentes deferentes, hermaphroditū non includere, per text. in d.l. hoc legatum, & ea qua dixit Angel. in consil. 256. quia consultatio, col. 2. & recentiores in l. 2. in princ. ff. de verbis. oblig. & late tradit Tiraquell. in tract. de retract. in verbo, contracter, in glos. 3. num. 64. & 65.

## C A P. XVIII.

A R G V M E N T V M.

Creditoris verbum in Statuto comprehendit cessionarium.

S V M M A R I V M.

- 1 Statutum loquens de creditore extenditur etiam ad cessionarium.

**F**uit etiam frequentioribus calculis receptum, vt statutum loquens de creditore, † ad cessionarium quoque extendatur, vt tradit Alexand. post alios in l. 1. ff. si cert. pet. & in l. si sic. §. si quis ita. ff. de leg. 1. & Rom. in consil. 38. & in consil. 142. ubi inquit de hoc esse text. in l. 2. C. de donation. Id tamen inquit verum esse & procedere, nisi aliam esse statuentium intentionem appareat: subdit tamen contrarium tenuisse Annibal Trosius super ritu magna curiae 166. num. 7. & esse text. & notare ibi gloss. & Bald. in l. plene. ff. famil. ericisun. qua de actione reali cessa loqui videtur.

## C A P. XIX.

A R G V M E N T V M.

Contractus verbum in Statuto an comprehendat monopleurum.

S V M M A R I A.

- 1 Statutum loquens de contractu, an extendatur ad contractum ex una parte tantum obligatorium.
- 2 Statutum disponens vt de contractibus soluatur gabela, an extendatur ad donationem.
- 3 Statutum faciens mentionem de contractu stipulationem non comprehendere.

**Q**uestiu fuit à maioribus nostris, an statutum † loquens de contractibus ad contractum ex una parte tantum obligatorium extendatur, vt puta si statutum † disponat de contractibus gabellam soluendam esse, an de donatione etiam solui debeat? Hac de re inquit Alexand. in l. si donationis. C. de his, que vi metu se causa gesta sunt. Bald. soluendam esse existimasse ea ratione, quod donatio contractus dicatur: & si ex una parte tantum obligatorium sit. Contrarium tamē subdit voluisse Bart. in l. Labeo. §. contractum, ff. de verbis. signif. inquiens eo text. iuncta glos. quod statuta cum sint stricti iuris, & ideo proprie intelligenda: si de contractu loquantur, ad contractus ex una parte tantum obligatorios ne extendantur, ob id quod improprie contractus dicantur, vt ibi notatur, & in specie de statuto gabellae tenuit Bald. in l. contractus, col. 1. ff. de fide instrum. Et ideo inquit voluisse Imol. 3 in l. 5. in princ. ff. de verb. oblig. statutum † de contractu mentionem faciens stipulationem non comprehendere.

hendere, & si vltro citroq; obligatoria sit, licet latge contractus appelletur l. 1. §. 1. ff. de pact. prout etiam notauit gloss. in specie, & ibidem Bald. col. 4. in l. 2. C. de iure emphyt. Præterea an huiusmodi statuta ad stipulationem donationem, & transactionem extendantur, tradit referens se Ias. in d. §. omnium, nu. 47. Institut. de action. Illud autem pro regula ponit potest, vt statutum loquens de contractu, de contractu vltro vt aiunt citroq; obligatorio intelligatur, vt voluit Bald. in §. si. Institut. de oblig. quem sequuntur Angel. & Portius, & rursus Bald. Angel. Imola, Alexa. & omnes in l. mutum. ff. de acq. hered. & Alex. in d.l. more, eod. tit. & Bald. iterum in l. contractus. C. de fide instrum.

## C A P. XX.

A R G V M E N T V M.

Contractus verbum in Statutis quid valeat extensiue si non proprietatis vi.

S V M M A R I A.

- 1 Statutum loquens de contractu, quod ad quasi contractum, distractum vel huiusmodi non extendatur, procedit inspecta vi & proprietate verborum: secus vero extensionis via.
- 2 Ratio omnimoda vbi militat, extensio fieri potest.

**Q**uoniam autem supra dictum est † statutum loquens de contractu, ad quasi contractum, distractum & huiusmodi alios non extendi, ob id quod proprie & vere contractus dici non possunt, illud vi inspecta & verborum proprietate procedere adnotandum est: secus vero inspecta extensio: eo enim casu ad quasi contractus & alios huiusmodi extendi dubitandum non est: & id tamen verum est, cum omnimoda † ratio militat, vt inquit Decius in l. quod cum alio, num. 9. ff. de reg. iur. & ita inquit procedere illud, quod notat Bald. in Rubr. C. de pact. & Bart. in d.l. more. ff. de acq. hered. cum similibus, vt tradit Alex. in d.l. siue apud acta. C. de transact. & Rom. in consil. 12. viso facto, col. fin. & in consil. 308. presupposito, in princ. & Cuman. in consil. 176. statuto Papiensi. Et facit illud, quod notat Bart. in l. si vnu. §. pactus ne peteret, col. 4. ff. de pact. & in l. Mevia. §. ff. soluto matr. & tradit Ias. in d. §. pactus ne peteret, nu. 26. cum vulgaribus.

## C A P. XXI.

A R G V M E N T V M.

Instrumenti appellatione in statuto quid contineatur.

S V M M A R I A.

- 1 Instrumentorum appellatione largissime sumpta, id omne quod causam instruit, continetur.
- 2 Instrumentorum appellatione, an testes comprehendantur.
- 3 Loquendi communis usus in statutis interpretandis maxime inspicitur.
- 4 Testes appellatione instrumentorum in materia statutorum non comprehenduntur.
- 5 Pœna statutorum imposta producentibus falsa instrumenta, in producente falsos testes locum non habet.
- 6 Testes quando ex propria significacione instrumentorum appellatione comprehendantur.

- Vocabuli significatio ex eius allusione sumitur:  
 8 Allusio, seu etymologia verbi, instrumentum.  
 9 Statutum loquens de instrumentis, testes non comprehendit.  
 10 Statutum si uno modo vocabuli proprietate inspecta intelligitur, alio vero communi vsu loquendi; secundum communem vsu loquendi intelligendum est.  
 11 Statutum, quando secundum verborum proprietatem intelligi debet.  
 12 Terminus si a statuto ad producendum instrumenta statutus sit, testes produci non possunt.

**A**ntequam ad alia transeamus nonnulla pro eorum quae hucusque diximus faciliori intelligentia hoc loco tractanda sunt: & in primis † Instrumentorum appellatione, quid comprehendatur. Primo igitur loco largissime accipiendo id omne quod causam instruere potest, contineri dicendum est, ut habetur in l. i. ff. de fide instrum. & tradit Curt. sen. in consil. 78. num. 10. & dixi in mea praxi judicaria, in §. 22. cap. 4. num. 5. & id maxime in re statuaria locum habet, ubique statutum de instrumentis mentionem faciens contra ius non est, & alteri graue praetudicum non parit: Secundo autem loco testes † appellatione instrumentorum comprehendendi dicendum videtur. cap. peruenit, extra de testibus, & refert Bald. in d. l. i. ff. de fide instrument. & in d. c. peruenit, extra de testibus cogen. & tradit Speculat. in tit. de dilation. §. fin. versic. item no. quod cum datur cum multis aliis similibus, & concordantibus ibi collectis. Et id sane proprie, ut voluerunt Bart. & Alciat. in l. notionem. §. instrumentorum. ff. de verborum signific. Tiraquellus autem in tract. de retract. lignarij. §. 2. in gloss. i. num. 15. aliter sentit, ea potissimum ratione, quod inspecto communi vsu loquendi, qui in statutis declarandis & interpretandis maxime obseruandus est, instrumentorum † appellatione testes non comprehenduntur, ut inquit Bart. & Alciat. in d. §. instrumentorum. & Imol. Felin. & Decius in Rubr. extra de fide instrum. & Aret. in consil. 51. si detur per medium, & Firmian. in tract. gabella. in 3. parte octavae partis principalis, quæst. 35. Et ideo in statutis testes appellatione instrumentorum, ex sententia Imolæ non comprehendendi, ut inquit Imol. in d. Rubric. & Iacob. de Bur. in d. l. i. ff. de fide instrument. Id autem satis probabiliter comprobare videtur diversitas titulorum, tam civilis, quam canonici iuris. Præmittitur namque Rub. specialis de testibus: & alia deinde subsequitur de fide instrumentorum, ut fecit etiam Specyl. prout etiam patet ex libris ff. & C. nec non ex Decretalibus. Licerat igitur † instrumentorum appellatione, generaliter loquendo testes etiam comprehenduntur: quatenus vero ad statuta pertinet repugnante communi vsu loquendi, non comprehenduntur. Et ideo dixit Iacob. Butrig. in d. l. i. de fide instrument. 5 ptenam a statuto † producentibus falsa instrumenta impositam falsos testes producentes non afficeret: & ideo aliter pena à iure communi inducta puniendos esse. Hanc igitur ob varietatem hac in re tres conclusiones facientes esse, quicquid supra in contrarium de diversitate titulorum obiectum fuerit. Quarum prima est, ut appellatione instrumentorum, † propria significacione testes continentur. Et ratio est, ut inquit Bart. quia vocabuli

significatio ex eius allusione sumitur, † l. ligni. ff. de verborum signific. & facit illud, quod habetur in l. 2. §. appellata. ff. si cert. pet. & in l. i. in princ. ff. de acquir. posse. & in l. i. ff. de testib. Sed † allusio & etymologia huius vocabuli instrumentum, ab instrumento deducitur, ob id quod causam instruat: ergo cum instrumentum tam a testibus, quam ab instrumentis proveniat, consequens est, ut cum æque bene vocabulo prædicto conueniant, pariter instrumentorum appellatione, sicut & cartæ ipsæ comprehendantur. Secunda † autem conclusio sit, quod ubi in statutis instrumentorum fit mentio, de testibus non intelligatur. Tertia & vltima conclusio ea sit, ut si † statutū inspecta propria vocabuli significacione vnum inferat, communi vero vsu loquendi aliud statutum non secundum propriam verborum significationem intelligendum sit, sed prout suadet communis vsus loquendi. At ubi † communis vsus loquendi non repugnat propriæ verborum significationi, & eorum constat de alio communis vsu loquendi, statutum & eius verba iuxta propriam & veram significationem intelligatur: non autem minus propriam, ut est text. in l. constitutionibus ff. ad municip. & in l. prospexit. ff. qui & à quibus. & in l. i. §. 15. quinam. ff. de exercit. & in cap. ex literis, extra de sponsal. & l. 3. §. hec verba. ff. de negot. gest. Reteinta igitur hac conclusione, quod in statutis testes appellatione instrumentorum non comprehenduntur: Inde, ut dixit Curt. sen. in d. consil. 78. num. 10. infertur, ut si † terminus statuatur ad producenda instrumenta, testes produci non possint, & si appellatione instrumentorum continentur, ut dictum est.

## C A P . XXII.

A R G V M E N T V M .

Instrumentum in statuto an id datur quod manu alterius scriptum.

S V M M A R I V M .

1 Instrumentum publicum, an illud dici possit quod dictante notario ab alio scriptum sit.

S Vpra cum de instrumentis multa dixerimus, hoc loco cum de executione publici instrumenti loquamur, dubitari potest, † an instrumentum manu alterius, non autem notarii de illo actu rogati scriptum publicum dici possit, & præsterim stante de hoc consuetudine, ut puta si aliquo in loco obseruetur tabelliones cum inter partes instrumenta conficiunt, suis scriptoribus dicentes quicquid partes conueniunt & agunt, an huiusmodi instrumentum ita scriptum publicum dici possit, & ita publicum, ut ab eo qui illud dictauit exemplum sumi possit & subscribi? an in hac dubitatione, ut sumi possit, voluit Bertran. in consil. 59. col. 2. vol. 1. & faciunt notata à Felino in cap. inter dilectos, col. pen. in fin. extra de fide instrum. dum inquit valere etiam consuetudinem, ut notarii aliis dictare possint instrumenta, ut voluit etiam Decius in consil. 447. col. 2. ubi addit de huiusmodi consuetudine posse iudicem à seipso informare sine partis citatione, ut voluit Cynus in l. 2. versic. secundo queritur. C. que sit longa consuetud. cui accedit illud, quod voluit Paris. in consil. 12. col. 9. versic. actus. vol. 1. & refert Roland. à Valle in consil. 44. num. 35. cum seq. vol. 1.

C A P .

# De Executionibus, Tractatus.

19

## C A P . XXIII.

### A R G V M E N T V M .

Instrumentum publicum in statuto an comprehendat librum Officialis.

#### S V M M A R I A .

- 1 Statuto si caueatur, solutionem probari non posse, nisi publico instrumento, an sufficiat eam, scriptura aut libro publici officialis, seu publice deputari probare.
- 2 Instrumentorum appellatione, an veniat scriptura priuata.
- 3 Scriptura publica, quæ dicatur.
- 4 Statutum requirens probationem per instrumentum publicum effectum tantum probationis respicit, vt scilicet scriptura fidem faciat.
- 5 Effectus ubi consideratur non refert quid ex equipollentibus fiat.
- 6 Instrumentorum appellatione confessio continetur.
- 7 Commissarius deputatus ad testes & instrumenta, confessionem etiam recipere potest.
- 8 Statutum vel lex licet requirant probationem instrumentis, admittitur tamen illa probatio, quæ à iuriis prouenit presumptione.

**D**ubitamus præterea in eisdem fere terminis. Doctores nostri antiquiores, si statuto fortasse, vel lege caueatur, solutionem aliter quam publico instrumento † probari non posse: an satis sit, si scriptura aut libro publici officialis seu ad aliquod officium publice deputati eo casu, quo eius libro fides adhibenda est probetur. Hanc quæstionem attigit Roman. in consil. 77. in fin. & concludit non probari. Mouetur autem ea ratione, quod instrumenti publici appellatione huiusmodi scriptura non comprehendatur: sed ea tantum instrumenta publica, de quibus Tabelliones presentibus partibus rogati sunt. Id quod firmavit tulus Roman. in consil. 23. nescio, in 2. dubio. & Felin. in Rub. extra de fide instrum. & Decius in c. tertio loco, in primo notabili, extra de probatio. & idem presupponit Imola in consil. 37. in 2. dubio. At Aymon Crauet, in tract. de antiquita. tempo. in prima parte, num. 245. contra ea, quæ dixit Roman. refert ea, quæ tradit Abbas in Rub. extra de fide instrum. dum vult, ut appellatione instrumentorum, † scriptura priuata contineatur: dummodo tamen illa ex se ipsa fidem faciat, & ideo ibidē subdit Abbas id pro statutis notandum esse, quem ibidem sequitur Decius in fine. Et licet ibi Abbas nō exprimat illud verbum, publicum, sed de instrumentis simpliciter loquatur, idē tamen cū de instrumento publico loqueretur dicendum videtur, ut inquit Socin. in consil. 63. colum. final. volum. 1. per ea, quæ tradit Speculat. in tit. de instrumen. editio. §. nunc dicendum. versicul. & generaliter. dum vult scripturam publicam eā appellari, cui de iure vel speciali continguidine creditur, argumento c. cum dilectus, extra de fide instrum. & eorum, quæ notat Imola in c. 1. eodem tit. Vnde est, ut publici instrumenti appellatione noti solum scriptura publici officialis à publico deputati comprehendatur, sed etiam cuiuslibet alterius, 3 dummodo fidem faciat. Statutum † namque rei-

publicis instrumentis probari requires, effectum tantum probationis in spicere & attendere videtur: vt scilicet scriptura, quæ deducitur, fidem faciat: Quo casu licet appellatione instrumenti publici scriptura priuata † fidem faciens non comprehendatur, stante tamen huiusmodi statuto, talis probatio ea scriptura sufficere dicitur: Quandoquidem † in his, in quibus consideratur effectus non refert 4 quid ex equipollentibus fiat. I. mulier. ff. ad Trebell. & I. si mater, vbi Decius in 2. nota. C. de institut. & subsit. & facit illud, quod dicit Castren. in consil. 53. statutum, volum. 1. Tota enim vis huius altercationis in eo tantum versari videtur, an talis scripturæ priuatæ fidem tamen facientis eadem sit, vel similis ratio, quæ in publicis instrumentis considerari videtur, vel maior, vt statuto per equipollens locus sit: & in casu equipollenti militet mens seu voluntas statuentium, vt inquit Ias in consil. 203. colum. 4. in fine, & in consil. 221. colum. 6. volum. 2. Et ideo si talis sit scriptura, de cuius fide dubitandum non sit, ita vt militet ratio & mens statuentium, idem iuris esse de ea scriptura, quod de publico instrumento descendū videtur: Et hinc est, q̄ † appellatione instrumentorum, confessio comprehendatur, prout etiam habemus commissarium † ad recipiendum 7 testes & instrumenta deputatum partis confessionem, quæ iudicantis dici ut recipere posse, vt voluit Rota in decil. 585. decretā, in antiquis. Et pariter etiam licet lex † vel statutum instrumentorum probationem requirant, admittitur tamen probatio à iuriis presumptionibus proueniens, vt inquit Bald. in l. 1. colum. fin. vers. Quero, quid si statutum. C. de fidei commiss. Id quod refert & sequitur Decius in Rub. extra de probatio. colum. 17. vers. haec vera sunt, & procedunt. & Alexand. in consil. 126. colum. 2. vers. fortificantur predicta, volum. 6. & rursus Decius in consil. 54. colum. 3. vers. nam solet dici. Etsi dictum hoc Bal. conetur impugnare. Curt. senior in consil. 79. Domina Francischina, colum. pen. in princ. dum inquit, dictum illud procedere posse, vbi statutum iuri non repugnat, nec alteri graue parit præiudicium, verum si obiciatur stante huiusmodi ratione etiam testiū probationē admittendam esse, & si statutū publicorum instrumentorum probationem exigit: ex quo non refert, quid ex equipollentibus fiat, quando solus effectus inspicitur. Respondebat ibidem Aymon de testiū probatione, eandem rationem non esse, nec statuentium mentem, qui potissimum causas breviores reddere voluerunt, & fraudibus calumniisque lites protelantur occurre. & ita declarando obiectio cessare videtur. potest fortasse replicari, quod non militet eadem ratio & mens statuentium, cum instrumenta publica ex pluribus reprobari possint, & ideo statuentes ad id animaduertisse, ut magis perfecta probatio inducatur.

#### §. I. C A P . I.

### A R G V M E N T V M .

Instrumenta & acta qui differant.

#### S V M M A R I A .

- 1 Actuum, qui fiunt in iudicio, publicum instrumentum fieri solet.